



1. Ag. fluny articulus
de trinitate. Francof.
ti, 1589.

2. ejusdem yrtuay 3rd
tauff? Visitations
articul. witten

berg, 1600



CHRISTIAN ERNST GRAF ZU STOLBERG

3. ejusdem, Calvinus
judaizans.
Wittenberg, 1543.


oo Rg





Articulus
DE TRINITATE,
PER QVAESTIONES ET
RESPONSIONES PER TRACTATVS
SOLIDE, ET INDVBITATIS TESTIMONIIS
sacrarum literarum contra quasuis hæreticorum ve-
terum & recentium blasphemias strophas &
corruptelas firmissimè com-
munitus.

A V T O R E
Egidio Hunnio, S. THEOLOGIE
Doctore & Professore in Academie
Marburgensi.



FRANCOVRDI AD MOENVM,
imprimebat Ioannes Spies,
MD XIC.

ЛІБАРІЯ
ІМПЕРАТОРСКОЇ
РЕГІОНАЛЬНОЇ
БІбліотеки
Імператорського
Університету

ВІДКРИТА А
БІбліотека
Імператорського
Університету



L2, 1652

3

P R A E F A T I O

IN LIBELLVM,

De Trinitate.



Non est in vniuersa Theologia locus seu Articulus, qui vel Maiestate sublimior, vel extra humani ingenij caput tam sit positus, atq; is, qui doctrinā de Trinitate continet. Hic est ille scopulus, ad quē iam inde ab initio Christianæ Ecclesiæ tot hominum myriades impegerunt, & circa fidem passæ sunt tristissimū animarum suarum naufragium. Hoc mysterium, viuente adhuc Ioanne Apostolo, cùm profanis Ebionitis, tum impio Cerintho in lapide offendiculi versum est, ad quem blasphemò suo dogmate horribiliter impingendo corruerunt. Idē hic offensionis lapis conquassauit & comminuit capita hæreticorum omnium, qui magno numero se huic Trinitatis arcano hostiliter opposuerunt, Deo ipsi bellum gigantea audacia molientes. Qui peruersis dogmatibus inter se diuisi, in eo tamen conueniebant omnes,

A 2 vt

ut adorandæ Trinitatis Articulum, in cuius illibata cognitione ceu cardine salus animarum vertitur, à fundamento labefactarent, & euerterent. Hinc quidam Essentiæ unitatem distrahere sunt conati. Alij rursum Deitatem sub vnam Personam cogere laborarunt, siblata, quæ inter personas est, hypostatica differentia. Nonnulli ad secundæ Personæ Deitatem conuellendam omnes ingenij sui vires atq; neruos intendere, eoq; velut ad præfixum scopum suæ impietatis iacula emittere non sunt veriti, blasphemio errore contendentes, Filium naturâ verum Deum non esse. Fuerunt, quibus placebat Spiritum sanctum è Deitatis throno deturbatum in creaturarum classem redigere. Inuentus est, qui eò furoris & impietatis progrederetur, vt affueraret, se esse promissum illum paracletū, Spiritum sanctum: quod de Montano testatur historia Ecclesiastica. Extiterunt insuper, qui è Trinitate potissimum Personam Filij prolatis omnibus machinis impugnarent, nunc alterutram eius petendo naturâ, nunc illarum personalem vunionem distrahendo, &c, quod eodem recidit, earum inter se communicationem perfidè negando. Quod Paulum Samosatenum fecisse, Theodorus Rhetensis Presbyter, autor ac testis est. Et omnino sublimem

limum hunc maximèq; necessarium Articulum Diabolus omni ex parte sic attentauit, sic toto conatu oppugnauit, vt in conuellendo eo infelices operas inter diuersissimaru opinio-
num diuersissimos autores & propugnatores
quasi distribueret, eorumque omnium tela
in supremum caput Christianæ religionis
vnice conuerteret. Et quidem in hoc ingenti
molinime Diaboli & organorum eius vigi-
larunt Ecclesiæ doctores orthodoxi, qui totis
viribus hoc agebant, vt doctrinæ sanæ sua in-
concussa constaret autoritas. Nihilominus in-
credibili assiduitate Diaboli & hæreticorum
conatu impiores in Oriente eò deduccta est, vt
semina errorum sparsa radices agerent : non-
nunquam etiam falce veritatis resecta ziza-
nia subinde repullularent, gliscerent hæreses,
opinionibus distraherentur hominum animi,
& diuturni certaminis tedium capti, post aliquot
seculorum concertationem in Mahometicæ
impietatis Alcoranum vtroq; pede concede-
rent, atq; sic in damnationis abyssum penitus
absorberentur. Quod autem in Oriente restat
Ecclesiarum Christianarum, et si illæ blasphemiam
Mahometis non approbent : Spiritus
sancti tamen à Filio processionem in hodier-
num usq; diem pertinacissimè negant. Præsti-
tit inter eas tempestates Deus Ecclesijs Occi-

A 3 dentis

dentis hoc beneficium , vt ab horrendis illis blasphemis permanerent immunes atq; liberæ. Quanquam interim circa alia capita doctrinæ cœlestis tristissimæ tenebræ sunt obortæ: Posteaquam sedem Antichristianæ iniquitatis occupauit filius ille perditionis, Papa Romanus, per cooperationem Satanæ , vt scribit Apostolus, eò subiectus, vt tetros errores suos, superstitiones omnis generis , humanas traditiones , execrandam idolomaniam , eamque multiplicem, plenis catarractis atq; imbris in orbem terrarum effunderet, suaq; dogmata ad certissimum exitium hominum comparata, è Romanæ Babylonis calice cunctis populis propinaret. Quod nequitæ regnum , posteaquam exorientis Euangelij fulgore detectum, & ait πνεύμων ille Spiritu oris Domini in plurimorum hominum cordibus occisus est: Diabolus, vt aduersus impetum istum firmaret regnum suum , nouo habitu in scenam orbis Christiani prodijt, nunc has , nunc illas fanaticas opiniones instillando hominibus: quin etiam veteres hæreses Arianorum & Sabellianorum velut ex inferis resuscitando. Cuius rei documento nobis sunt impietatis plenæ lisputationes Michaëlis Serueti, Valentini Gentilis , Blandratæ , Francisci Dauidis, Gribaldi ; Alcyati, Adami Neufcri , Syluani, alio-



aliorumque mente corruptorum hominum:
quibus in Dei æternam Maiestatem linguas &
calamos suos ceu venenata tela vibrare, ludus
est. Quortum ne vnicum quidem è Scholis vel
Ecclesijs Augustanam Confessionem syncerè
professis prodijisse, est quod maximoperè nobis
gratulemur. Si enim exemplum vnicū nobis
posset obijci, quām non tripudiarent aduersum
nos Caluiniani? cùm alioqui nos, qui doctri-
nam de Maiestate Christi ad dextram omni-
potentię Dei tuemur, Arianismi reos agere con-
tra cordis & conscientiæ suæ testimonium non
vereantur. Cuius effrontis calumniæ non pu-
duit Scriptorculum Bremensem, Grabium, &
huius ore atq; oculis dignissimum Pezelium:
qui de me, præter omne meum meritum, ex so-
la, qua pruriunt, criminandi libidine, seu sca-
bie verius, scriptitant, me multis parasangis
propius ad Arianorum impietatem, quām ad
veritatem cœlitus patefactam accedere: idque
tam esse manifestum, yt ea quæ oculis omnium
exposita sunt. Item, me Arianis arma submi-
nistralre, & veritatem illis prodere. Verūm po-
ste aquam ea omnia, quibus huius crassissimi
commenti fidem se facturos sperarunt homi-
nibus, superiore meo responso penitissimè con-
futata, & demonstratum contrarium est: nihil
inuenit in postremo suo scripto Grabius, quod

A 4 contra

P RÆFAT I O.

contrà mutiret : sed επ' αὐτῷ φόρος deprehensus mendacium spissum & crassum illud reconquere ausus non est. Franciscum Dauidis & Blandratam mihi prius obiecerat, cum illorum execrando dogmate componens doctrinam de reali communicatione Maiestatis diuinæ verè propheticam & Apostolicam. Do autem ei si dele consilium , ut porrò cohibeat os , & male dicentiæ suæ vela contrahat , ne voluptatem , quam maledicendo captat , maleaudiendo rursum amittat , eique vicissim ob oculos ponatur , ex quo dogmate Franciscus Dauidis , Blandrata , cæterique suprà memorati Antitrinitarij infelicem illum progressum ad Arianorum impietatem fecerint , & è quibus Scholis Ecclesijsque illi prodierint . Verùm id hac quidem vice , tanquam rem pridem manifestam , pluribus non persequar . Interim hoc negari non potest , esse Caluinianæ sectæ doctoribus penè propriū , vt glossis ab humano ingenio speciosè excogitatis sacrarum scripturarū dicta in quibusuis articulis peruertant , ijsque sic depravatis & corruptis opiniones anteceptas suas pingant ac fingant . Quo lusu ingeniorum nil quicquam est Ecclesiæ Dei perniciosius , nec ad corrumpendam doctrinam sanam instrumentum Diabolo magis accommodum , quām si ambicioſa ingenia & eruditionis vana persuasione inflati



inflati homines, de rebus sacratis profana mente differant, & laudi sibi ducant, si Academorum ferè in modum res quamlibet diuinias & sacrosanctas in dubium disputando vocent, si sacrarum literarum dicta per glossas in speciem plausibiles eludant, ardua illa mysteria regni cœlestis nihilo sanctioribus animis tractantes, quām si nucibus ludant. Hæc petulantia latam sternit viam ad hæreses & corruptelas, quibus doctrinæ cœlestis veritas offusis errorum tenebris obnubilari solet. Cuius rei in summo capite Religionis, quod de Trinitate est, exemplum memorabile habemus in Iohanne Calvino, Calviniæ sectæ præci-
puo duce & antesignano, à quo illa nomen quoq; sortita est. Is licet in oppugnandis Arianiis nonnūquam operam non malam præsta-
re videatur: Tamen venditandæ sapientiæ studio, captandæq; gloriæ cupiditate abre-
ptus, scripturæ sacræ testimonia, quæ vel ad mysterium Trinitatis illustrandum, vel di-
uinam naturam Filij demonstrandum, vel
Spiritus sancti Deitatem euincendam, faci-
unt plurimū, data opera sæpenumerò de-
prauat, Christianis sua tela eripit, & vicissim
Arianorum glossas, quibus interpretationes noscas solent eludere, suo calculo suffragioq;
manifestissimè comprobat. Quod ut aperte

A 5 pateat

pateat omnibus, & accusatio Grabij Bremen-
sis, qua me Arianis arma subministrare, ijsq;
veritatem cœlestem prodere finxit splendide,
per iugulum ipsi retorqueatur, suæque sectæ
patronum maximè nobilem in isto impietæ
hærere luto perspicuè videat: ex multis
horrendis depravationibus in Caluini libris
passim obuijs, paucas delibabimus, quibus
hostilem gladium in manus porrigi impijs
oppugnatoribus Deitatis Christi & Spiritus
sancti facile agnoscent, quibus vel mica iudi-
cij reliqua est.

Vt igitur hinc instituti nostri capiamus in-
itium, recepta est & diuinis literis consona in-
terpretatio vocis **אֱלֹהִים** (Dij) quod vbi de
Deo usurpatur in scriptura veteris Testameti,
mysteriū pluralitatis personarum inuoluat, &
ipsum quidē nomē (Elohim) pluralis numeri
cum sit, plures esse in Deitate personas arguat:
verbum adiunctum autē singulare ad unitatē
essentiæ digitum intendat. Hinc quando Mo-
ses, Gen. 1. scribit: **בָּרוּ אֱלֹהִים**: creauit
Dij: annotant Christiani interpretes, verbum
singulare (creauit) notare diuinæ essentiæ uni-
tatem: Elohim autem, siue Dij, significare,
totam Trinitatem præfuisse creationis operi:
quemadmodum etiam significatio illa voca-
buli



buli Elohim mox explicitè in personas apertè
ibi & nominatim expressas spargitur. Hęc ex-
positio pia & sancta, addo etiam, verissima, &
textui Mosis maximè congrua fōrdet trans-
marinæ scilicet sapientiæ Caluini. Idcircò gra-
uis Aristarchus super ipsa illa verba primi ca-
pitis Geneseos commentans, non dubitat in-
terpretationem Christianorum hostibus Iu-
dæis ridendam propinare, & glossam appell-
are violentam. Sic enim scribit ille: *Haberur* “
apud Mosen אלהי, nomen pluralis nu-”
meri. Unde colligere solent, hic in Deo notari tres “
personas: sed quia parum solidam mihi videtur tantæ “
rei probatio, ego in voce non infistam. Quin po-”
tius monendi sunt lectores, ut sibi à VIOLENTIS “
eiusmodi glossis caueant. An autem hoc non sit “
Christianis aduersum hostes Trinitatis Iude-
os dimicantibus arma eripere, & viciisim Iu-
dæos responso contra nos armare velle, cuius
iudicandum relinquo.

Genef.4. Euā pariens Cainum , putabat se
Messiam Dominū peperisse. Exclamat igitur:
קָנַתִּי אֵשׁ אֲתִי יְהוָה: Posedi virum
Dominum. Ex quo colligunt Christiani in-
terpretes , Adamum & Euam omnino credi-
disse , Messiam fore non tantum hominem,
verum etiam D e u m. Caluinus autem hic
quoq;

quoq; iudaizare malens, quām testimonium
 Deitatis Messiæ in verbis Euæ agnoscere , su-
 per illum locum,sic pro sua magistrali εξοσία
 , commentatur: *Aly subtilius*(vertunt) *Possedi*
 , *virum Dei: quasi intelligeret Henæ, iam se habere*
 , *illum diuinitus promissum, serpentis victorem. Ita*
 , *fidem Henæ laudant, quod promissionem fide*
 , *amplexa sit, de conterendo per semensuum Dia-*
 , *boli capite. Putant autem in persona vel indui-*
 , *duo fuisse deceptam, quia ad Cain restrinxerit,*
 , *quod de Christo promissum erat. Mibi autem,*
 , *genuinus hic videtur sensus esse, quod dñs sibi gra-*
 , *tulatur Eva de filio nato, eum Deo tanquā generis*
 , *sui primitias offerat. Proinde vertendum censeo:*
 , *Acquisiti Domino virum: quod ad phrasin He-*
 , *braicā propius accedit. Esse autem hanc Calui-*
 ni expositionē phrasī Hebraicā minimē con-
 sentaneam,hinc apparet liquido,quod in He-
 brœo voci נָא נָא preponitur articulus נָא
 quem accusatiui notā esse sciunt, qui vel ele-
 menta Hebraicā linguæ degustârunt. Vnde
 palam cernitur , voluisse Euam dicere , se vi-
 rum peperisse ipsum Dominum. Sed plus ar-
 risit Caluino Datius (*Domino*) qui in He-
 brœo nō est,quām Accusatiuius,qui in Hebrai-
 co textu aperte positus,Messiam Deum & Ie-
 houam esse ex ore matris nostræ Euæ declarat.

Ex



Ex luculentissimo testimonio Mosis, Gen.
 19. Pluit Iehoua à Iehoua super Sodomam, &c.
 recte contra Iudæorum perfidiam euincunt
 interpres Christiani, patres scilicet orthodoxi,
 esse in Deitate personas plures, quæ Iehoua
 nomen gloria inq; obtineant: siquidem Iehoua
 à Iehoua, tanquam persona à persona altera,
 nempe filius Dei à Patre pluisse scribatur
 sulphur & ignem super Sodomam & Gomor-
 rham. Proinde hoc dictum etiam ad Christi
 Deitatem astruendam non immerito refe-
 runt. Caluinus autem, quæ aliorū sunt, fasti-
 diens, sua verò magnificiens, ut supra veteres
 sapere videatur, non dubitat Iudæis neganti-
 bus hoc Mosis dicto Trinitatis subindicari
 mysterium, apertè suffragari, eosq; hac in par-
 te contra Christianos defendere: *Quod inqui-
 ens, veteres Christi divinitatem hoc testimonio
 probare conati sunt, MINIME FIRMVM est: ac
 sine causa, meo indicio, TVMVLTVANTVR,*
*QVI A C R I V S JVDÆOS EXAGITANT, ee
 quia non admittant tale probationis genus. Fateor ee
 quidem, Deum semper agere per manum filii sui, ee
 ac tam memorabili vindictæ exemplo Filium, ee
 praesuisse non dubito. Sed parum solide ratiocinari ee
 dico, qui plures inde personas elicunt, cùm Mo- ee
 sis consilium fuerit, lectorum oculos ad spectandam ee
 Dei manum erigere & acuere. Si Iudæi Calui- ee
 num*



num sibi contra Christianos interpretes conduxissent Aduocatum , vix, ita me Christus benè amet , potuisset illorum causam circa hunc locum Mosis agere diligentius, & venerandam antiquitatem vellicare petulantius. Nam verò dum insuper aduersus solem veritatis loquitur , & negat hoc sonare textum Mosis, quod ex ipso penè verborū sono, cuius obuium est, nimirum distinctas personas vocis Iehouæ repetitione notari : cui quæso dubium esse possit, quid sub huiusmodi manifestis corruptelis ipse sibi querat, nimirum ut opinionem inusitatæ cuiusdam eruditionis Theologicæ præ illis priscis patribus sibi conciliet, cuius persuasione elatus glossas è suo cerebro confingit nouas, spreta & de ponte diecta cùm veterum , tūm recentium interprætum expositione , qua Iudeos rectè solidèq; haec tenus conuicerunt.

Sed ut in instituto nostro progrediamur, non minus elegans probandæ personarum in Deo pluralitatis testimonium legitur , Genes. 35. quando de Iacobo ædificante altare , non angelis certè (quibus altaria nec dicantur, nec excitantur) sed soli Deo, scriptum sic legitur: Appellauit locum illum Bethel , quia APPARVERVNT ad illum Elohim , hoc est, Dij. Ybi non tantum plurale Elohim occurrit, verum

rùm etiam verbum additum (apparuerunt) pluralis est numeri, vt eò euidentior inde sumatur assertio pluralitatis personarum in diuina essentia, atq; Trinitatis hostibus eò minus pateat aliqua elabendi rima. At quid Caluinus? Huic sordet hoc quoque testimonium Spiritus sancti, ad Trinitatis doctrinam illustrandam accòmodatum. Quamobrem ut eò plus habeant Iudæi, quod obstrepat, cùm illos iste locis Mosis obijcitur, sic eum eneruat & violenter torquet Caluinus: *Adde, quod Jacob continuum fidei suæ tenorem ostendit, ex quo Deus se illi manifestare cœperat, quia hoc sibi proponit, quod angelii apparuerint.* Nam cum pluralis sit verbi numerus, de Angelis libenter interpretor. Moses rationem reddit, cur Jacob Patriarcha locum illum vocârit Bethel, hoc est, domum Dei: videlicet quia apparuerint ad illum Elohim. Quæ vox Elohim si hoc in loco referatur ad Angelos: nónne fuerit absurdè statuendum, Iacobum à creaturis denominasse locum, vt Dei domus diceretur, & non à creatore, cui tamen soli illum sacrum esse voluit? Vident certè, qui non sunt planè hebetes atq; stupidi, quid sub haclibidine deprauans scripturas quærat Diabolus, nimirum ut eò minus armorum nobis sit contra iuratos hostes Dei & Maiestatis ipsius, Seruetianos Antitrini-

trinitarios, præcipue verò contra Iudæos, qui in hac de Trinitate controversia, ut & in alijs, non nisi veteris Testamenti scripta admittut, cuius testimonia perspicua violentis suis glossis nobis sic hebetare nititur hic pseudodoctor, ut ad perfidiam Iudæorū retundendam porrò nullus eorum possit esse vsus, si glossis illius fidem habeamus.

In primis autem obseruare velint omnes pīj, quo pacto Caluinus verba secundi Psalmi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te: depraueret*, & quām mirifice se torqueat, ut lectori glaucomam obijciat, de filij à Patre generatione illic non differi, quā ab æterno fiat, sed degloriæ Christi declaratione, quā fiat in tempore. Et primò quidem ad Dauidem refert, qui quo pacto dicatur Dei filius, & à Deo hodie genitus, glossa valde contorta violentaq; conatur expeditum reddere. Deinde ubi ad Christum descendit, quām obliquis gyris fese torqueat, spectare operæ precium est. Para-

phrasis eius sic habet: *Filius meus es. Potuit quidem Dauid regi iuris intuitu censeri Dei filius, quemadmodum scimus Principes, eo quod præalii excellant, tam Deos, quām Dei filios vocari. Sed hic Deus singulari eloquio DAVIDEM ornans, cum non modo supra cunctos mortales, sed etiam supra Angelos extollit. Quod prudenter expendit*

Aposto-



Apostolus ad Hebraeos , capit. i. a. 5. dum hoc nulli ee
 unquam Angelo fuisse dictum admonet. Quam- ee
 uis enim Angelis inferior esset David, quatenus ee
 tamen gestauit Christi personam, merito illis longe ee
 preferitur. Sciamus ergo, hic Dei filium, non unum ee
 quempiam ex multis, sed unigenitū designari, ut ee
 filius in caelo & in terra emineat. Qued autem ee
 Deus se illum genuisse pronunciat, referri debet ee
 ad hominum sensum vel notitiam. DAVID enim ee
 genitus à Deo fuit, dum clare apparuit eius electio. ee
 Itaq; aduerbiu m (Hodiè) tempus illius demon- ee
 strationis notat: quia postquam innotuit creatum ee
 diuinatus fuisse Regem, prodit tanquam nuper à ee
 Deo genitus: quia homini priuato tantus honor ee
 haberi non poterat. Eadem in Christo quoq; rela- ee
 tio tenenda est. Non enim genitus dicitur, nisi ee
 quatenus pater filium suum esse TESTATUS ee
 EST. Scio locum hunc de aeterna Christi genera- ee
 tione à multis fuisse expositionem, qui & in aduerbio, ee
 Hodiè, ARGVTE philosophati sunt, ac si perpe- ee
 tum actum extra tempus notaret. Sed huius va- ee
 ticinij fidelior ac magis idoneus interpres est Pau- ee
 lus, qui Alterum cap. 13. e. 33. ad illam, quam dixi, ee
 cœlestis Christi glorie demonstrationem nos reuo- ee
 cat. Genitus ergo fuisse dicitur, non ut filius Dei ee
 esse, quo ad se inciperet, sed ut talis patesiceret mun- ee
 do. Deniq; hac genitura NON DE MVTVO ee
 PATRIS ET FILII RESPECTIV intelligi de- ee
 B bet,

„bet, sed T A N T V M significat, eum qui fuerit ab
 „initio absconditus in arcano Patris suu, & obscu-
 „re deinde sub lege adumbratus, ex quo prodij cum
 „claris insignibꝫ, cognitum fuisse filium Dei: sicut
 „etiam dicitur Iohannis 1. b. 14. confeximus glo-
 „riam eius tanquam unigeniti Filii. Hactenus il-
 le. Videt lector, quibus in uelucris verborum
 conetur hic infelix paraphrastes verum sen-
 sum textus Dauidici de Filii æterna genera-
 tione obscurare. Primò ad Dauidem regem
 Israëlis refert illud : Filius meus es tu, ego ho-
 die genui te: & nugatur, Dauidem hīc insigni
 isto elogio notari, propterea quod Christi per-
 sonam gesserit, quo nomine sit angelis supe-
 rior, alias ijsdem inferior existens. Sed quis,
 obsecro, Prophetarum aut Apostolorum, vel
 etiam Christianorum interpretum insigne
 hoc yaticinium ad Dauidem referat? Dauid
 hīc de se nihil, nihil inquam, disserit, sed in-
 terpretibus Apostolis de solo & vñico Christo
 prædicat, quicquid eximium in isto Psalmo
 proponitur. Primò quidem illud, à quo inci-
 pit hunc Psalmum : Quare fremuerunt gen-
 tes, & populi meditati sunt inania, &c. Disci-
 puli in actis exprefse in Christo completum
 memorant. Deinde hoc quod dicitur : Filius
 meus es tu, ego hodie genui te, multo augu-
 stius ac diuinius est, quam vt VLLA RATIO-
 NE ad



NE ad Dauidem accommodari possit aut debeat. Cuius rei indubium autorem atq; testim habemus Apostolum Paulum, Actor. 13. scriptorem item Epistolæ ad Hebræos, cap. 1. & 5. Et quia Hebr. 1. Diuus Apostolus ex isto Psalmo scribit : Cui dixit vñquam Angelorum : Filius meus es tu , ego hodie genui te? Quidni hoc elogium vni & soli Christo in solidum adscribit ac vicissim ab vniuersis reliquis siue Angelis siue hominibus disertè remouet? Quanquam enim & Angeli suo quodam modo prædicantur filij Dei , Iob. 38. tam en ostendit Apostolus sua emphatica interrogatione, filiationis in isto versu Psalmi, longè diuinioris mentionem fieri, quam ut vlli quamlibet excellentissimo Angelo assignare fas sit : Nedum ut híc Dauid de se sermonem instituat, quem ipso etiam Caluino confitente Angelis inferiorem esse constat. Quod enim deinde attexit, Dauidem in hoc Angelis superiorem constitui, quod ipse personam Messiæ gestet, nimirum ut suam nobis probabilem reddit rationem , cur in Dauidem regem insignis illa laus filiationis ac genituræ conferri possit, in Angelos verò non item : tenendum est, hanc rationem eò vsq; se non extendere, ut propterea , quæ de Messia memorantur planè diuina, in Dauidem quoq; competant.

B 2

Et



Et gerit Dauid Messiæ personam sub ratione typi duntaxat & figuræ, in quibusdam, non in omnibus. Et si hæc ratio sufficit ad euhenendum Dauidem supra coelestes angelos, ut quod deinde ad institutum suum infert Caluinus, obtinere valeat: quidni iam ea omnia, quæ typum & figuram Christi gerebant olim, præferranda erant angelis? ipse quoq; adeò brutæ pecudes, quæ in sacrificijs adumbrabant Messiam Dominum, cum vicissim in Angelis iste adumbrationis seu præfigurationis respectus se neutiquam offerat? Nullum autem proferri potest testimonium scripture, nulla vel in veteri vel nouo Testamento dicti huius allegatio, quæ vlo pacto ad Dauidem spectare doceat, quod de Dei filio hodie genito Psalmista canit. Ad solum autem Christum vnicè id pertinere, præter argumenta, quæ attigi, hoc quoq;, quod ei dicto immediatè subiicitur, euidenter arguit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ac possessionem tuam terminos terræ. Quod in Dauidis persona complementum suum minimè habuit, cuius regnum terræ Chanaan terminis cludebatur, nec se ad orbis terrarum fines proferebat. Et quod subditur: Conteres eos virga ferrea, sicut vas figuli confringes eos: manifeste ad filium Dei transfert Apocalypsis Iohannis,

nis, cap. 2. & 19. Sed & illud: Osculamini filiū, ne fortè irascatur, &c. omnino Christum spe-
ctat. Nugatorium igitur est, quod singit Cal-
uinus, Dauidem dici à Deo genitum, dum
clarè apparuerit eius in Regem electio. Petu-
lantiæ porrò est, reprehendere eos interpretes,
qui vim & sonum verborum irrefragabilem
secuti, locum istum de æterna Christi gene-
ratione intelligendum monuerunt: & mali-
tiæ non excusandæ est, illud Hodie, non velle
de æternitate exponere, sed hanc explicatio-
nem appellare argutia philosophicā. Quem-
admodum & hoc temeritatis est, ut leuissimè
dicam, audere contendere, genituram, cuius
meminerit Psalmista, non intelligi debere de
mutuo Patris & Filij respectu, quem scilicet
gignens habet ad suam in diuina illa genera-
tione progeniem. Indubitatum namq; est de
æterna generatione, & hoc ipso respectu seu
relatione mutua hic tractari, quam in Deita-
tis & cūa habent ad se mutuò Pater & Filius.
Quod enim Apostolus Paulus, Actorum 13. ad
probandum Christi resurrectionem allegat
hanc Psalmi secundi pericopen: Filius meus
es tu, ego hodie genui te: palam est, ipsum hoc
per consequentiam ex Prophetæ verbis infer-
re, videlicet necessariam fuisse corporis Christi
resurrectionem, quandoquidem sit corpus

B 3 ipsius-



ipsiusmet vnigeniti filij Dei , & proinde impossibile fuerit, illud à morte teneri, quemadmodum & Apostolus Petrus profitetur. Itaq; resuscitationis corporis Christi necessitatem hinc pendere docet Paulus, quod persona, cuius hæc caro propria sit facta, sit is, cui dictum sit in Psalmo: Filius meus es tu, ego hodie genui te. A qua persona vnigeniti, quia caro semel assumpta nunquam soluitur: fieri nec debuit nec potuit, vt videret corruptionē. Porrò si regnare debeat interpretatio Caluini, qua nunc de Dauide enarrat Prophetæ verba, nūc ad Christum, cuius personam & typum gesserit Dauid , refert, sed ita lubricè, vt veterum paraphrasin de æterna Christi generatione haud obscurè allatret, & illud gigni de mutuo Patris & filii respectu intelligi debere diserta voce perneget, vt potè quod tantum ad gloria Christi manifestationem pertineat: quot quofo iam elabendi rimas, imò quam latum campum effugiendi aperiet hæc lubrica enarratio Arianis veteribus & modernis, vt ex ore Caluini respondeant, nihil hīc de æterna filij à Patre generatione, nihil de patris filijq; relatione mutua pertractari, & illud Hodie de æternitate velle intelligere, esse nihil aliud, quam argutè philosophari. Sed & Iudæi arripiunt Caluini glossam, quam de Dauide habet. Nec se ad



se ad credendam Messia generationem æternam vrgeri amplius patientur ex hoc euidenti alias Spiritus sancti testimonio. Sic corruet nobis Christianis præsidium illud, quod in propugnanda æternitate Filij positum nobis erat in hoc illustri testimonio. Num verò adhuc cæcutiemus ad Diaboli artes & technas illas, quibus nunc hoc nunc illud præsidium subruere, nunc hoc nunc illud testimonium ista lubricitate glossarum infirmare in tanto articulo, & vnum post alterum labefactando dubitationes horribiles in hominum animis per *xυρείας* & *πανγρήιας* illam pseudodoctorum excitare, adeoq; veram Dei notitiam à suis fundamentis euertere tentat? Sed progreddiamur in Elencho deprauationum, quibus testimonia scripturarum de personarum Deitate sonantia peruerit Caluinus.

Ad æternam Deitatem Spiritus sancti stabilendam vix nullum potentius est argumentum eo, quod à Creationis opere dicitur ex testimonio Psalmi 33. Verbo Domini cœli firmati sunt, & SPIRITUS ORIS eius omnis virtus eorum. Planum est, per Spiritum oris Iehouæ nullum alium notari Spiritum, præter Spiritum sanctum, qui Spiritus oris Iehouæ dicitur, propter ineffabilem illum ex ore substantia Dei processum & spirationem, sumpta si-

B 4 mili-

militudine ab halitu humano ex ore hominis procedente. Et constitutum fuit Dauidi hoc insigni versu totam Trinitatem conditricem rerum omnium celebrare, & quæ Moses in describenda historia creationis mundi fuisse narrat, quomodo scilicet Deus pater dicendo, seu verbo suo creârit omnia, quomodo item Spiritus Dei incubando agitatârit ac sustentâtârit, immo producendis ex ea rebus aptam reddiderit molem aquarum, ea Dauid uno versu *ώς οὐτομόνη* cōplete voluit. Huic illustrissimo testimonio non dubitat præstigator ille nebulas offundere, & argumentum, quod solidissimum hinc pro Spiritus sancti Deitate extruxerunt veteres, ut plus illis sapere videatur, tanquam debile & infirmum eleuare, eiique additis pronunciatae sententiæ suæ ratiunculis neruos incidere, sic pro Magistrali sua authoritate commentans super verba illa

¶ Psalmi: Subtilius veteres hoc elogio usi sunt contra Sabellianos, ut eternam Spiritus Deitatem affererent. At qui ex alijs locis patet, ac præservit ex Esaiæ cap. 11. a. 4. Spiritu oris notari sermons nem: illuc enim de Christo dicitur: percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum interficiet impium. Sicut autem potestate & efficacia plenus sermo allegoricè vocatur oris sceptrum: ita alio fine postea dicitur halitus, ad discriminandum

tandum sermonis Dei & inanis resonantie , quae ex ore hominum prodit. Ergo in probanda Deitate Spiritus , hoc testimonio Sabellium urgere non auderem. Eandem hanc impiam corruptelam ceu recoctam cramben lectoribus apponit libro primo Institut. capite 13. paragrapho 15. sic pro sua carpendi libidine veterum orthodoxorum interpretum senilem barbam vellicans: *Sciens, inquit, ac volens supersedeo à multis testimonijs, quibus vñ sunt veteres. Plausibiliter illis vñsum est citare ex Danide, Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum, ut probarent, non minus Spiritus sancti opus esse mundum, quam filij.* Sed cum in Psalmis vñstatum sit, bis idem repetere, & cum apud Esaiam Spiritus oris idem valeat, atq; sermo, INFIRMA illa ratio fuit. Quam vero prænimia persuasione sapientia nugatur hoc imperite, incertum esse, anne per Spiritum oris Domini intelligatur Spiritus sanctus, quod vñstatum sit Psalmista, bis idem repetere? quasi verò non mille versus in Psalterio (maxime vbi ex annalibus Mosis retexuntur historiæ, quod hoc in loco facit Psaltes regius) reperire liceat, vbi quod obuerit Caluinus, obseruetur minime? Esiae testimonium cap.ii. quod attinet, de Spiritu labiorum Messiae ibi agitur, qui non est ullus aliis, quam Trinitatis

B 5 persona



persona tertia, Spiritus sanctus ex ore incorporali Deitatis Messiae procedens, vnde Spiritus oris labiorumque Christi cum hic tum alibi nominatur. Esto sane, per virgam oris intelligatur Euangelij prædicatio tanquam causa instrumentalis perficiendi operis illius in confi- ciendo impio: certè Spiritus labiorum, cuius meminit sequens membrum, ipsam efficien- tem causam, Spiritum scilicet Christi expri- mit, eumque cum instrumento coniungit usi- tato scripturæ more. Messias enim impium conjecturus erat non per prædicationem nu- dam, sed cui virtutē largiretur Spiritus. Quare eodem Spiritu interficit Christus impium, quo etiam mundum peccati arguit & con- demnat. Is verò est, Christo ipso interpre- te, Spiritus sanctus, Iohannis 16. Et eodem il- lo Spiritu Saluator debuit impium interfice- re, cuius & paulo prius meminerat propheta, cum scriberet, requieturum super Messiam Spiritum Iehouæ, Spiritum sapientiæ & in- telligentiæ, Spirituni consilij & fortitudinis, Spiritum scientiæ & timoris Domini: adeò ut Propheta sui ipsius sit quām certissimus in- terpres, cuiusmodi Spiritum assignet Messiae, cuius virtute impium imperfecturus, terram percussurus, & vt alibi redditur, mundum iu- dicaturus sit. Et quid in re liquida opus est
multa

multa disceptatione? cùm palam sit , Psalmi
33. verba ex Genesi esse repetita? vbi Moses de
Spiritum Dei scribit, quod aquam illam mo-
lem, è qua deinde omnis exercitus visibilium
creaturarum eductus est, motando habilem
producendis illis reddiderit. Ut autem planè
ac plenè pateat, quām ipsa se conuellat & con-
fundat falsitas, quām vicissim Spiritui sancto
fartum tectum maneat, inconcussum: q; con-
stet hoc argumentum, quo sempiterna ipius
Deitas asseritur: respondeant, velim, Caluini-
stæ, si Doctoris & Antesignani sui horribilem
corruptelam defensam cupiunt, in quo tan-
dem significatu hic vocem Spiritus accom-
modari Filio arbitrentur? Nam quia David
non simpliciter & absolutè de Spiritu, sed RE-
L A T E de Iehouæ Spiritu canit: sub generali
certè significatione, qua vox Spiritus spiri-
tualem essentiam designat, Filium Patris Spi-
ritum dicere nefas fuerit. Quandoquidè per-
sonæ ad se inuicem referuntur non sub ratio-
ne essentiæ, quæ personis omnibus commu-
nis est & ad numerum una (simplex autem
vnitas referri nequit, siquidem relatio omnis
inter duo ad minimum vertitur) Referuntur
autē ad se mutuò ratione suarū *παρόστασεων.*
Ita pater est filij pater: filius patris filius: Spi-
ritus sanctus Patris filijque Spiritus. Quod si
filius



filius diceretur Iehouæ Spiritus , quatenus
 Spiritus spiritualem essentiam notat, quidni
 pari ratione diceretur etiam Iehouæ Patris
 D E V S ? siquidem in hoc mysterio *ἰστοῦνα-
 μουν· τα* seu æquipollentia sunt, per essentiam
 Deum esse , & per essentiam Spiritum esse.
 Quam autem hoc affirmatur absonū, qui-
 uis non planè stupidus animaduertit perfaci-
 le. Sin ad tot impia paradoxa deuitanda arri-
 piatur significatio altera vocabuli Spiritus,
 quatenus à spirando deductum idem deno-
 tatur, quod spiraculū, & sub hoc significatu ad
 λόγον referri à Davide quis contendat: is non
 minus absurdum atq; futilem commentato-
 rem se nobis exhibuerit. Ita namque Pater è
 sua substantia duo distincta producere spir-
 acula credendus erit. Ita subruetur hypostatica
 differentia secundæ & tertiae personæ. Quan-
 doquidem aliás hoc charactere discernitur
 Spiritus sanctus à λόγῳ, quod hic quidem vt
 Filius à patre gignitur: ille verò vt halitus in-
 dissolubilis siue spiraculum ex ore Patris &
 filij procedit. Nec iuuat Caluinum, quod ver-
 ba pro re supponens , violentum glossema
 suum sic pingere conatur , vt obstrepat , non
 simpliciter spiritum hic ponit ut alius locis, in qui-
 bus aperte à verbo distinguitur, sed figuratè spiri-
 tū



tum oris pro ipsa pronunciatione sumi, ac si dictū esset, simulac halitum vocis suæ emisit Deus, vel protulit verbo, quid fieri vellet, cœlos repente extitisse. Quæritur enim haud iniuria, quibus argumentis astruat, Spiritus vocem hic non propriè, sed figuratè sumi? cur manuult in re manifesta allegoricam significationē, quam propriam? nisi huc temeritatis ipsum abripiat libido peruertendi scripturas, & obloquendi veteribus, ut nouator nouis glossis p̄æ veteribus interpretibus mundo inclarescat. Aut quo tandem scripture testimonio comprobabit, æternum & vnigenitum Dei Verbum vlibi relatiuè dici patris Spiritum? Nam Esaïæ dictum illi penitus ereptum est. Id si maximè per Spiritum Messiæ ipsam immediate p̄ædicationem Euangelij à Christo annunciatā designaret: tamen à p̄ædicato verbo vocali non protinus liceret argumentum ducere ad verbum hypostaticum & vnigenitum Dei. Quis enim consequentiæ nexus sit in hoc argumento: Esaïæ ii. dicitur verbum vocale Euangelij Spiritus labiorum Christi: Ergo Psalmo 33. dicitur verbum substantiale Dei Spiritus oris Patris. Nunc verò cùm in Esaïæ dicto Spiritu labiorum Messiæ, non ipsam immediate p̄ædicationem verbi vocalis, sed Spiritum sanctum ex incorporalibus labijs Deita-

Deita-



Deitatis Christi procedenteim notari solidè prius ostēlūm sit: satis apparet, glossema Caluinī omni probatione sic destitui , vt illius meritō omnes discipulos & seētatores eius puderē debeat, & spiritum dignoscere teneantur cuius instinctu nouator iste memorabile hoc argumentum Deitatis Spiritus sancti infringere , & cœlestis doctrinæ hostibus Antitrinitarijs, quantum in se fuit , prodere non est veritus.

In nouo Testamento aliquot illustria testimonia , quibus distinctarū personarum vnitatis confirmatur, ita corrupit Caluinus, vt res omnem excusationem respuat. In enarratis verbis Christi: Ego & Pater vnum sumus: rursum sordet illi Patrum orthodoxa exegesis. Idcirkò vt præ illis sapere putetur, de ponte veteres illos scriptores deicet, suaq; , quam reponit ipse , interpretatione rursum veritatis cœlestis iuratissimis hostibus velut ad calatum dictat & voce præit , quid Christianis ex modò dicta Saluatoris sententia, vnitatem essentiæ patris & filij propugnatibus responderē debeant, hunc in modum super illa verba, quibus se & Patrem vnum esse profitetur

„ Christus, scribens: *Abusi sunt hoc loco veteres,*
 „ *ut probarent, Christum esse Patri ὄμοϋτον.* Ne-
 „ que enim Christus de unitate substantie dispu-
 „ tat,

rat, sed de consensu, quem cum Patre habet: quic-
quid scilicet geritur à Christo, Patris virtute con-
firmatum iri. Non ouum ouo tam simile est, ac
ac elusio Antitrinitariorum, qua vim istius
dicti declinare tentant, huic modò recitato
glossemati Caluini. Vtriq; accusant veteres,
quod isto loco abusi sint, ad essentię vnitatem
referendo illum. Vtrique, & Caluinus & An-
tritritarij, de consensu exponūt. Vtriq; pro-
nunciant, ex hoc Christi sermone non pro-
bari, filium esse Patri ὁμοίσιον. An hoc non sit
cum veritatis aduersarijs apertè colludere,
iunctisq; copijs oppugnare firmissimū præ-
sidium Christianorum, quod in dicto Salua-
toris (Ego & Pater vnum sumus) habent re-
positum: pijs omnibus expendendum com-
mitto. Cæterū de essentię vnitate hīc tra-
ctari propriè, tām cuius obuium est, vt id ne
Iudei quidem, alioquin ad Christi facta & di-
cta stupidissimi, negare possent: quin potius
ideo ad hanc vocem incandescunt ira, eamq;
lapidibus vindicandam censem, quia (in-
quiunt) tu homo cūm sis, facis te ipsum Deū.
Contra quam accusationem Christus nō ex-
cipit iuxta Caluini glossam, vt diceret, se non
de vnitate ὁμοίας sed tantum de consensu lo-
cutum esse. Sed potius luculenta declaratio-
ne confirmat id, quod dixerat, inter cætera

Iudæis

Iudæis iniiciens: vos dicitis me blasphemare,
 quia dixi, filius Dei sum. Vbi considerare ope-
 ræ precium est, Christum id, quod prius dixe-
 rat (Ego & Pater vñ sumus) iam in sua apo-
 logia sic reddere ὁ Θεός των ἀποστόλων: Filius Dei
 sum. Quod de essentia, non de nudo consensu
 sonare liquidissimum est. Accedit insuper,
 quod affirmatum illud suum , quo se & Pa-
 trem pronunciauit esse vnum , argumento à
 diuinis operibus suis ducto Iudæis compro-
 bat, adjiciens: Si non facio opera Patris mei,
 nolite credere mihi. Si vero facio , et si mihi
 non credatis, operibus credite, ut cognoscatis
 & credatis, quod Pater in me est , & ego in
 Patre. Nimirum vult illis fidem facere eius,
 quod affirmarat, ipsi vero vt blasphemū ab-
 ominati fuerant. Idque iubet eos ex factis seu
 operibus indubitatō cognoscere. Quidnam?
 Scilicet quòd cum Patre sit vñ , quippe qui
 propter illam essentiæ & naturæ vnitatem,
 ab operibus patris non sit separatus. Conclu-
 dant ergo hinc, quod ipse IN Patre sit, & Pa-
 ter IN illo. Quæ phrasis itidem totius ortho-
 doxæ Ecclesiæ catholico sensu vnitatem es-
 sentiæ Patris & filij propriè exprimit. Quem-
 admodum id non modò textus ὁ εἰρανός,
 & sermonis ipsiusmet valor , sed etiam con-
 cionum Christi collatio demonstrat. Nam Io-
 annis

annis 14. colloquens Dominus cum Philip-
po de sua & Patris vera cognitione , eadem
hac phrasí vtitur , eodem etiam ab operibus
seu factis & signis suis deducto argumento,
quo se in patre esse & patrem vicissim in filio,
euincit: in hæc verba compellans Philippum:
Non credis, quod ego in Patre sum , & Pater
in me? Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso
non loquor. Pater autem in me manens, ipse
facit opera. Credite mihi, quod ego in Patre
sum, & Pater in me, alioqui propter ipsa facta
credite mihi. Quanquam autem hæc omnia
pijs mentibus planissima sunt: tamen Cal-
uinus certissima quæq; incerta facere suis lu-
bricis glossis gestiens, non veretur etiam illa,
quæ Ioan. 14. leguntur , peruertere hunc in
modū: *Quod ego in Patre, &c. Hac verba N O N “*
addiuinam Christi essentiam refero, sed ad modū “
reuelationis. Et sermoni Christi dicētis Iudeis, “
ut cognoscatis, quid ego in Patre sum , & Pa-
ter in me, hunc affricat sensum: Idem repetit, “
quod supra alijs verbis dixerat, ego & Pater unū “
sumus. Huc tendunt omnia, quod in sua admini- “
stratione nihil à Patre differat. Pater, “
inquit, in me est, hoc est, diuina virtus se in me pro- “
fert. Et ego in Patre sum, hoc est, nihil ago, nisi au- “
spicijs Dei, ita ut mutua sit inter me & Patrem, “
coiunctio. NE Q V E ENIM HIC DE ESSEN- “

C

TIA

TIÆ VNITATE sermo habetur, sed de mani-
festatione potentie in Christi persona, unde con-
stabat, diuinitus missum esse. Hanc horribilem
depravationem illustrium locorum scriptu-
ræ, quibus æterna Christi Deitas fundatur, ut
Christianus lector non ociosè negligat, sed
apud animum suum diligenter expendat, &
hinc nō tam quid Caluinus, quād quid spi-
ritus has ei ad quævis eludenda strophas sū-
gerens meditetur, conjecturam faciat, per
Christum amanter oro.

Cæterum pari petulantia tractat precatio-
ne Saluatoris, Iohan. 17. quando is inter cætera
confirmat, se cum Patre vnum esse, se esse in
Patre, & Patrem in filio. Hæc cùm prisci illi
scriptores ecclesiæ orthodoxi rectè & verè de
vnitate essentiæ patris & filij accipiunt, indeq;
aduersus Arianam hæresin diuinam Christi
naturam asserunt: ibi verò magnus ille censor
Caluinus sub suam ferulam illos reuocat, ex-
plicationem eorum è sublimi ridet, & illius
,, loco hanc nobis dictat: Cæterum teneendum est,
,, QY OTIES vnum se cum Patre esse in hoc capite
,, pronunciat Christus, sermonem haberi non sim-
,, pliciter de diuina eius essentia: sed vnum vocari in
,, persona Mediatoris, & quatenus caput nostrum
,, est. Sic quidem præcise multi ex Patribus inter-
,, pretatis sunt, Christum vnum esse cum Patre, quia
ater-



eternus sit Deus. Sed huc eos abripuit contentio
 cum Arianis, ut concisas sententias IN ALIE-
 NVM SENSUM TORQUERENT. Hæc ille
 Magister Israëlis ex suæ sapientiæ adytis, sua
 opinione, longè meliora profert, visitata illa
 veterum exegesi. Sed, si veritatem fateri licet,
 facit næ, intelligendo, ut nihil intelligat, facit
 vt quod veteribus obiectat crimen, in prò-
 prium ipsius caput recidat. An non enim hoc
 verè est in alienum sensum torquere scriptu-
 ras, si dicas, Christum & Patrem vnum vocari
 in persona Mediatoris? Item Christum esse
 cum Patre vnum, quatenus caput nostrum
 est? Econtra nónnè multò simplicior ac verior
 est sensus, Patrem & filium vnum dici ἡσίας,
 quod etiam addita explicatio declarat: Ego in
 te, & tu in me. Id quod ratione substantiæ de
 personis affirmari certissimum est: quatenus
 neq; pater filij, nec filius patris essentiā ege-
 ditur, sed filius in ipso finu æterni Patris re-
 quiescit. Nam cùm οὐδὲ τὸ θεῖον vnum
 quid non sint pater & filius, quòd personis ve-
 re differant, ac nihilominus vnum esse prædi-
 centur à Christo ipso: relinquitur omnino, vt
 aut οὐ μέτεπερ seu per accidens sint vnu,
 aut οὐ τὸ θεῖον, hoc est, ratione essentiæ. Absur-
 dum autem est affirmare, personas Deitatis in
 preicatione Christi secundum accidens dici

vnum quid, quandoquidem nullum in Deitatem cadit accidens : Ergo concluditur firmisimè, quòd $\pi\alpha\tau\gamma\sigma\tau\alpha\tau$, siue secundum essentialiam prædicentur vnum, & secundum essentialiam, nequaquam verò secundum accidentis quoddam Pater sit in filio, & filius in patre. Proinde etiam mutuus personarum consensus, essentialis consensus est, non accidentalis : Imò ipsa illa substancialis unitas personarum patris & filij, ut & Spiritus sancti.

Tot tantisq; corruptelis haeternus ordine memoratis tanquam infelix quidam cumulus accedit, quòd usitata sibi stropha peruerit, & in alienam sententiam detorquet etiam id, quod i. Ioan. 5. legitur : Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Sermo, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Ad quæ versus ba Caluinus annotat sequentia : *Quod dicitur, tres esse unum, ad essentialiam non referuntur, sed ad consensum potius. Ac si diceret, Patrem & aeternum sermonem eius ac spiritum symphoniam quadam, Christum pariter approbare. Itaq; nonnulli codicibus habent, eis est. Verum et si legis, est eius, ut est in alijs exemplaribus, non tamen dubium est, quin Pater, Sermo & Spiritus E O D E M S E N S V dicuntur V N V M esse, quo postea sanguis, aqua & spiritus. Nos autem respondemus: Ioannem, cui prima cura erat, Trinitatis articulum illustrare,*



strare, voluisse nobis commendare trium personarum essentiale vnitatem : cuius natu-
ram imitatur etiam mutuus personarū con-
sensus. Quem non conformitate accidentalē
definiri (sicut trium Angelorum aut homi-
num essentijs separatorum consensus) sed o-
mnino substantiali vnitate describi , vel hinc
firmissimè concluditur, quod consensus illius
principium seu fons , voluntas scilicet non
modò est mera in Deo & $\sigma\tau\alpha$, verùm etiā sim-
plicissima vnitate vna & communis est essen-
tialiter Patri, Filio & Spiritui sancto. Cùm vi-
cissim inter tria illa substancialijs separata, nimi-
rum intersanguinem , aquam & spiritum, es-
sentialiē siue vnitatem siue consensum so-
nniare profanum sit. Ergo & hīc sua inter-
pretatione fenestram aperit Caluinus Anti-
trinitariorum corruptelis, imò velut ad pen-
nam dictat eis, quid nobis Christianis vrgen-
tibus hæc sacrarum literarum loca respondere
debeant. Quin suis strophis & elusionibus, si
locum illis demus , ita nos exarmat , vt qua-
rentibus Antitrinitarijs , vbinam in scriptura
personæ Trinitatis expressa voce sic legantur
V N V M , vt inde $\delta\mu\sigma\tau\gamma\varsigma$ illas esse probari va-
leat: per Caluini maleferiatas glossas nobis ne
vniūcum testimonium integrum incorruptūq;
C 3 xclii-

relinquatur. Etenim quibuscumq; in locis vel pater & filius, vel tres personæ simul iunctæ secundum expressam literam prædicantur vñ m: ea simul omnia nobis Caluinus desultoria temeritate, quantum in se est, è manibus excutit, & ad confutandos Arianos ociosâ planè reddit. Itaq; si proferemus illud Iohannis decimo: Ego & pater vnum sumus: respondebunt Ariani ex ore Caluini, de consensu, non essentiæ vnitate verba fieri. Si obtendamus verba Christi precantis, Iohannis 17. Ego & tu pater vnum sumus, tu pater in me, & ego in te: Confestim ex commentario Caluini nobisoggannient, vnum vocari patrem & filium in persona mediatoris, & quatenus Christus caput nostrum sit. Si ad dictum Iohánis nos receperimus, iterū obmurmurabunt ex interpretatione Caluini, id ad essentiā non referri, sed ad consensum potius, & patrem, λόγον ac Spiritum eodem sensu dici vnum, quo sanguis, aqua & Spiritus.

Quorsum autem ista veteratoria versutia ac petulantia tandem euadat, pluribus ostendere nihil attinet, cùm exempla in diuersis Europæ locis atq; regnis nimis clara & sonora voce loquantur, ac me etiam tacente, orbi Christiano pridem innotuerit, ex qua secta tot Ariani paßim sint orti, Non accuso Caluini



num Arianismi, sicut Grabius impudenti ore
me immerentem teterimæ huius hæreseos
accusauit. Dico autem ansam præberi, viam
sterni, fenestram aperiri, fundamenta poni A-
rianæ impietatis, dico quendam ad eum pa-
rari transitum, tot scripturæ sacræ testimonijs
ceu præfidijs atq; propugnaculis Christiano-
rum concussis & eueris. Qua fide ego antehac
istum Articulum tradiderim, & nunc ex oc-
casione Grabiani certaminis eundem recon-
gnitum tractem plenius: quibus item colu-
minis in meis hisce quæstionibus ac responsio-
nibus arduum hoc mysterium superstruxe-
rim, iudicium penes lectores esto.

Precor autem æternum Deum, Patrem libe-
ratoris nostri Iesu Christi, ut nos virtute Spi-
ritus in verbi sui veritate sanctificet, nec pro-
pter ingratitudinem nostram sinat accensam
Euangelij lucem in his regionibus hæretico-
rum fraudibus opprimi & extingui, sed quod
cœpit in nobis bonū opus confirmet & con-
seruet usq; ad diem Iesu Christi: cui cum æter-
no Patre in unitate sancti Spiritus sit laus, glo-
ria & honor in omne æuum, Amen.

E G I D I V S H V N N D .

C 4

I N

IN REVERENDI ET
CLARISS. VIRI, D. EGIDI
HYNNII, DOCTORIS THEOLO-
gi, De sanctiss. Trinunitate
Libellum:

PROGRAMMA

BERNH. PRÆTORII, IESP. CATTI.

RITE sacrosancta Triados Mysteria nosse,
Non minimum vera Religionis opus.
Cum vertatur enim, quodam ceu cardine, nostra
Huius in articuli cognitione salus.
Erroresque graues passim renocentur ab Orco,
Hac de doctrina quos Arianus habet.
Promerit grates vix possunt soluer illi,
Qui doceat recta mystica tanta via.
Articulumque à tot crassis erroribus istum
Afferat; has contra munit atq; strophas.
Id quum praefiterit, diuinæ laudis amore,
HYNNIVS Hassiacæ gloria prima scholæ.
Quas grates referemus ei? quo nomine? tantum
Munere quo dignū rebimur esse virum?
Dignus is omnino, cuius memorabile cuncti
Laudibus eternis nomen ad astra ferant.
Estq; operæ precium simul; hac evoluere quemuis,
Qui Triada & puro pectore & ore colit.
Helenopoli ad Mœni catarractas,
ipsis idib. 11 x br, Anni XIIC.

De

41

DE SANCTA ET ADORANDA TRI- NITATE, CONTRA VETERES & NOVOS ARIANOS, QUÆSTIO- NES & RESPONSIO- NES.

Potestne Deus in hac vita à nobis
cognosci?

DE FECTA notitiâ, ut
in seculo altero, cognosci à
nobis in hac mentis caligi- Exod. 34.
ne non potest, ut nec facie joann. 1.
ad faciem conspicere. Requi- 1. Cor. 13.
ritur autem nihilominus es- 1. Tim. 6.
sentiae & voluntatis ipsius cognitio ea, quam
in hac humanae naturae depravatione ver-
bum Dei subministrat. Sine omni enim co-
gnitione Dei saluaremur nunquam. Si qui-
dem in notitia Dei cardo salutis vertitur,
Christo ipso teste, qui ait: hæc est vita æterna, joan. 17.
ut cognoscant te verum Deum, & quem
misisti Iesum Christum. Est autem cognitio
hæc, ut dixi, in hoc quidem seculo imperfe- 1. Cor. 13.
C 5 cta,

et a, & (ut Apostolus ait) ex parte persi-
cietur porrò in vita altera, ubi facie ad fa-
ciem videbimus illum, & cognoscemus, sic-
cut & cogniti sumus: apprehendemus eum,
ut & apprehensi sumus.

Si cognitio Dei in hac vita est ex parte,
sequitur eam esse planè nullam. Quan-
doquidem Deus ex parte cognosci &
ex parte ignorari nequit, cum velut
~~αμέριτον~~ principium partem extra par-
tem non habeat, sed aut totus co-
gnoscitur, aut totus
ignoratur?

Respondeo: Distinguendum est inter obie-
ctum, quod cognoscimus, & inter ipsius co-
gnitionis modum. Obiectum cognitionis
(Deus ipse) perfectum quiddam est & abso-
lutum, siue in hoc siue in altero seculo cognos-
catur, qui totus nostra cognitione appre-
henditur & non aliqua eius pars, cum partem
extra partem non habeat. Cognitio ipsa verò
inchoata & imperfecta est, non tam liquido
apprehendens id obiectum, sicut electi in vi-
tabeat.

ta beata. Vbi sublato eo, quod ex parte est, idem illud cognitionis obiectum, Deum scilicet absolutissima visione (cuius quidem homines & angeli capaces esse possunt) intuebimur. Perinde ut duo aliqui eundem intuentur solem, alter perspicacioribus oculis penitus intuetur & liquidius: alter vero obtusius, languido nimirum hebeti^g visu. Vbi manet unus idem^g sol, unum idem^g visionis obiectum, ratione sui nihil discrepans: sed modus visionis causâ perfectionis variat.

Quomodo ergo Deum censes
definiendum?

Deus propriè loquendo definiri non potest, cum infinitus sit: ut & D. Athanasius confirmat tractatu de definitionibus inquiens: definitio finitionū est, que omnia quidem definit, ipsa vero à nullo definitur. Quapropter (inquit) solus Deus definitio definitionum est. Ex verbo autem patefacto cum essentia, tum voluntas eius nobis aliquatenus adūbratur seu describitur. Id enim reuelat, esse Deum essentiam spiritualem,

eter-



æternam, infinitam, bonam, sapientem, iustam & omnipotentem. Quæ sit æternus pater, à nullo suam habens originem: Filius à patre genitus: Spiritus sanctus à Patre Filiog^s, procedens.

An non hæc descriptio Platoni quoq;
cæterisq; sanioribus Ethnicis
fuit nota?

Evidem quid sit Deus, aliquo modo perspexerunt illi: videlicet esse mentem quandam æternam, sapientem, bonam, castam & iustam, &c. Sed QVIS sit ille Deus, nempe sancta & indivisa Trinitas: id vero est & fuit mysterium à seculis absconditum, quod non nisi diuini verbi patefactione hominibus innotescere potuit.

Vt singula membra definitionis seu descriptionis excutiamus: Essentia vocabulum nonne loco generis est positum?

Alias quidem substantia seu essentia generis rationem obtinet. At vero quoniam in hac Dei definitione locum generis sortiatur, sequentes rationes obstant. Primo enim

enim in confessu est, Deum, qui totu[m] genere
 à rebus creatis ex Theologorum & Philoso-
 phorum sententia distinguitur, alicuius
 communis generis uerbi definiri haud pos-
 se, gratia cuius cum creaturis participet.
 Deinde quia generis logici h[oc] natura est, ut
 de subjectis sibi speciebus συναρμόωσι, & ex
 aequo prædicetur: viciissim in descriptio-
 ne Dei, loco generis dari aut poni potest
 nihil, quod aequaliter prædicetur de Deo &
 rebus creatis: & non Deo αρπάγως ac princi-
 paliter: reliquis verò ἐποφθίως attribua-
 tur. Essentia certè vox, que in descriptione
 Dei videtur loco generis posita, genu stamen
 appellari haud potest, cum non ex natura
 generis aequaliter & συναρμόωσι Deo & crea-
 turis conueniat, sed Deo ratione quadam to-
 to genere sublimiore competit. Hic solus
 enim verè ac per se est aut subsistit, alio neu-
 tiquam indigens, ut sit, ut definitio & i[n]stans
 habet. Est enim, qui est, Exod. 3. & Apoc. 5.
 Ceteræ verò res virtute Dei sustentantur
 verius, quam ut per se subsistant. Et omnino
 indigent Deo sustentante: Quin dum Esaias Esa. 40.
 scribit, omnes gentes, quasi non sint, sic esse
 coram

coram eo, & quasi nihilum & inane reputari
 coram illo: nonne ipso hoc oraculo prophetico
 omnis communio generis inter Deum & ho-
 mines sublata est? dum Deus quidem ὁντως ὁν
 πικρὸς αὐτοῖς celebratur: nos vero, immo uni-
 uersæ creaturæ ad Deum collatae inter τὰ μὴ
 ὄντα reiciuntur? Accedit deniq; quod essen-
 tia vox in descriptione Dei equipollit nomini
 tetragrammato Iehouæ. Quoniam Iehoua, la-
 tinè redditum, nihil aliud quam essentiam de-
 signat. Id vero nomen Iehouæ rebus creatis
 ἀκονίστως esse clamat ipse Dominus apud
 Esaiam, cap. 42. Ego Iehoua. Hoc nomen me-
 um, & gloriam meam alteri non dabo.

Num & Patres sentiunt, Deum sub idem
 cum rebus creatis prædicamen-
 tum redigi non posse?

AUGUSTINVS in libris confessionum errores suos retractans, inter cætera sic
 scribit: Quid hoc mihi proderat, quando &
 obserat, cum etiam te, Deus meus, mirabiliter
 simplicem atq; incommutabilem illis decem
 prædicamentis putans quicquid esset, omnino
 compre-

comprehendi, sic intelligere conarer, quasi & tu subiectus essem magnitudini tuae aut pulchritudini, aut illa essent in te quasi in subiecto sicut in corpore: cum tua magnitudo & tua pulchritudo tu ipse sis, &c. ATHANASIVS verò in oratione contra Sabellij gregales scribit: cum rebus aeternalibus, quae aeternam non sunt, in eandem classem redi non possunt, neq; cum Deitate, ea, quae participatum Deitatis non habent, eodem ordine gradus constitueret licet. Proinde Deus non modo non subest categorijs, neq; solum transcedit substantiam illam, que omnium aliarum substantiarum summum genus in logicis constituitur: sed ipsum quoq; ens sublimitates sua supergreditur: tanquam ens entium & principium principiorum. Ideoq; DAMASCENVS Deum & Θεόν nominat, supra essentiam illam dialecticorū ipsum collocans. Imò θεόν, quippe, qui negatione potius substantia illius Dialectice, quam eiusdem methodi quadam definiatur. Vnde & vulgato versiculo à predicamentis eximitur: Vox logicæ, Deus, excedens, priuatio, parsq;.

Proba



DE S. TRINITATE,
Proba, Deum esse essentiam
spiritualem.

*Ioan. 4. dicit Saluator Christus: Spiritus
est Deus: ideo in spiritu & veritate vult ado-
rari. Et 2. Corinth. 3. Dominus autem Spir-
itus est.*

Censes ergo, Deum non habere
corpus?

*Quia Spiritum esse probauit modo, afferui
simul incorporeum esse: quoniam Spiritus ne-
gatione corporis definitur, iuxta illud Christi:
Spiritus carnem & ossa non habet. Reicienda
sunt ergo cogitationes Anthropomorphitarū,
qui Deum suis constantem membris corpore-
um fringebant, contra hec allata sacrarum li-
terarum testimonia.*

Cur ergo scriptura ipsa Deo corpus assi-
gnat, corporisq; membra?

*Ad captum nostrum in his se accommo-
dat scriptura. Quia enim de Deo potius, quid
non sit, quam quid sit, nosse datur: cùm lucem
habitet inaccessam, & prout in sua essentia
est, nobis incomprehensibilis sit: idcirco regi
ajθρω-*

αὐθεντονάθεια aures illi tribuit verbum
Dei, oculos & manus: subindicans, ipsi perspe-
cta esse omnia, que facimus, aut que loqui-
mur: inuare posse potentia sua, veletiam ho-
stes uertere. Interim sic membra illi tribuit
figuratae, ut cum sine figura loquitur, corpus
corporeaque membra ei palam deroget, ut modò
ex Iohanne & epistola posteriore ad Corin-
thios, nec non Luc. 24. audiuiimus. Sic quoque, ut
hominem introducit, & tamen hominem esse
disertè negat: Deus ego, & non homo, inquit
apud Prophetam. Introducit illum ut haben-
tene membra corporea, & tamen Spiritum es-
se docet, qui carnem & ossa non habeat. Vnde
etiam nulli rei in celo vel in terra assimilari
vel vult vel potest, Exod. 20.

Est' ne essentia Dei σύνθετος siue
composita?

*Absit. Qui enim Spiritus est, quomodo com-
positae sit essentiae? Et quidem cum res omnes
cretae vel compositae sint ex materia & for-
ma: ut sunt corporea omnia: vel ex essentia &
accidentibus, ut Spiritus creati siue angeli:*

D qui

qui licet ex materia & forma non constant
 (aliás incorporei non essent) tamen ex essentia
 spirituali & accidentibus constant, vel
 bonis qualitatibus concreatis, vel malis per
 lapsum in naturam introductis: Deus vicissim
 omni planè compositionis negatione defini-
 nitur. Nam nec ex essentia & accidentibus
 est compositus (siquidem que in nobis qualiti-
 tates vel accidentia sunt, veluti iustitia, san-
 ctitas, &c. eacum Dei essentia conuertuntur
 simplicissimè) nec simplicissima illa Dei & &
 ullam materia formæq; curæciv admittit.

Ergo nulla planè materiâ Dei essentiam
 & Naturam constare
 censes?

Nulla prorsus: Etenim si physicam mate-
 riā siue sensilem siue insensilem illi tribuas:
 haud dubiè Deus, qui principium principio-
 rum est, ex principijs, materia & forma, con-
 stitutum quid falso statuetur, nec simplicissi-
 ma fuerit Dei & &, si naturâ sit in materia &
 formâ diuidua. Et quia materia nō est forma,
 nec forma materia: sed utraq; suam peculia-
 rem definitionem obtinet: fingerentur intra
 Dei

Dei essentiam duo quædam diuersa, ex quibus illa cœi partibus conflatum compositumque quoddam esset. Cuiusmodi naturam diuiduam compositamq; Deo ascribere, esset idolum proprijg; cordis figmentum colere. Qua ratione neg^r incorporeus esset Deus. Siquidem corporeum ab incorporeo ratione substantiæ sua sola illa materia formeq; coalitione secer- ni constet.

Num & patres Deum immateriatum esse docent?

Quidni? Athanasius enim in decretis Nicenæ Synodi contra hæresin Arianam ait: Homo ex materia eaq; patibili creatus est. Deus contra immateriatum, incorporeus ex- istit.

Basilius epistola i.41. Numerus est quantitatis. Quantitas autem corporali naturæ coniuncta est. Numerus enim corporeæ est naturæ. Corporum autem opificem Dominum nostrum esse credimus. Quapropter etiam numerus omnis illa significat, quibus mate- rialem & circumscriptam naturam habere

D 2 datum.



datum est. Unitas autem simplicis ac incomprehensibilis essentiae significativa est. Qui igitur numerum aut creaturam confitetur filium Dei, aut Spiritum sanctum: non animaduertit materiale & circumscrip̄ta naturam se inducere. Damascenus libr. 2. orthodoxe fidei cap. 3. Angelus incorporeus & immaterialis dicitur quantum ad nos. Nam omne ad Deum collatum (qui solus incorporalis est) crassum & materiale comperitur. Solaenim verè immaterialis & incorporea diuinitas. Idem lib. 1. orthodoxe fidei ca. 14. Deus igitur immaterialis existens & incircumscrip̄tus, in loco non est. Idem in sua dialectica repetit, cap. 65.

Quoniā verò multitudo sequitur materiam: in Deitate autem est multitudo, videlicet Trinitas: nōnne materialis constituenda fuerit Deitatis natura?

Ex materiae concretione resultat essentiae multiplicatio. In Deitate verò nulla est essentiae multiplicatio. Vnam quippe in tribus personis

sonis indiuisam simplicissimamq; numero &
otia Dei agnoscimus & adoramus. Ergo nul-
lus sic materiae locus est. Quod vero attinet
personarum pluritatem, nequaquam ea ex
aliqua confinitate materia oritur, sed ex ab-
solutissima perfectione unius simplicissime
Deitatis. Quae cum sit ex perfectione sua na-
turali bonum suipius communicatum: so-
litudinem non patitur. Sed Pater, prima per-
sona, plenitudine sua ad gignendum consub-
stantialem filium se profert, cui Deitatem &
vitam suam eternaliter communicet, Ioannis
5. Similiter pater & filius communis quodam
actu unum coeternum sibi & consubstantia-
lem Spiritu ineffabiliter spirant, intra unius
eiusdemq; Deitatis ambitum. In cuius (Spiri-
tus sancti) persona terminatur illa producen-
darum personarum ratio. Ita ut Spiritus san-
ctus una cum ceteris personis non producat
personam aliam intra Deitatem: sed extra
suam & otia ad rerum creationem se proferat.
Hoc autem nihil derogare perfectioni Spiriti
sancti, quod nullam aliam personam pro-
ducit suo loco satis ostendemus.



Vnde probas, Deum esse essentiam
æternam?

Per spicula sunt æternitatis Dei testimonia,
Psal. 90. Antequam montes essent, antequam
fundaretur terra: tu, Deus, ab aeterno es in æ-
ternum. Vbi simul descriptio æternitatis legi-
tur, obseruatu digna, quod mille anni sint
apud Dominum, ut dies iam preterlapsus: ad
indicandum, quod nulla sint apud Deum in-
terualla temporum, coram quo omnium secu-
lorum tempora velut unum quoddam adcep-
torum viuū se habēt. Si enim in æternitate illa
Dei contingere esset agmina annorum,
mensum, dierum, horarum, temporum: sine
controuerbia sequeretur, Deum indies quadam
annorum, mensum & dierum accessio-
ne euadere seniorem: cum tamen nec dies nec
anni ipsius vel crescant vel decrescant aut de-
ficiant, Psal. 102. Nulla quippe apud eum vel
mutatio vel conuersionis obumbratio. Pro-
inde nec ei est vel futurum vel preteri-
tum quicquam, sed presentia uni-
uersa sine ullis temporum
interuallis.

Cum



Cùm in definitione dicis, esse Deum es-
sentiam infinitam: quomodo
id accipiam?

Non quòd Deus sit in finita mole quantus
sive magnus, aut in infinitas partes sic diui-
duus, ut nullibi sit totus. Qui, Spiritus cùm
sit, partem extra partem non habet. Ideoq; in
minutissimare non minus tota adest ipsius es-
sentialia, quàm in toto uniuerso (magnus enim
est sine quantitate & sine mole) sed infinitus
ex sacrarum literarum definitione dicitur,
quia cœli cœlorum ipsum non capiunt, ut ijs
sit inclusus, quin extra eos etiam sit ac subsi-
stat, quippe cuius essentialia vi naturalis sua nul-
libi inclusa est, nullibi etiam exclusa.

Cùm dicis Deum essentiam bonam, sa-
cientem, iustum & omnipotentem:
num hæc in Deo accidentia
quædam sunt?

Si accidentia essent: Deus non esset Deus.
Ideo enim solus ipse est Deus, quia non perfici-
tur ab ullo alio diuerso: Ergo bonitas Dei non
est aliud, quàm ipse D E U S: iustitia Dei non
D 4 aliud,

aliud, quām Deus ipse. Hinc solus ipse bonus, solus sapiens, solus immortalitatem habens prædicatur p[ro]f[ess]um, quod per naturam & es-
sentiam h[ab]et Deus sit potius, quām accidenta-
liratione habeat. Atq[ue] hec est causa, quod
Deus solus mutabilis non est. Quia ipse per es-
sentiam est ea, quae de illo dicuntur: cum econ-
tra Angeli & homines in sua bonitate san-
ctitateq[ue] mutabiles extiterint; & bonitatem
amittere potuerint, retentā essentia: quod haec
ab illa esset reuera quiddam diuersum, ut in-
stiam amittere potuerint, essentia suae inte-
gritate substanciali retenta: quod ex homi-
num & angelorum lapsu evidens est.

Quid autem de actionibus Dei ha-
bendum? nonne sunt illæ
Accidentia?

Duplices sunt Dei actiones: quædam in-
ternae, quædam verò extrinsecæ. Internæ (ve-
luti gignere, gigni & procedere) non acci-
dentes actiones sunt, sed substanciales sine
hypostaticæ, quæ ad ipsarummet θωράσεων
Deitatis perfectionem requiruntur. Ut, Gi-
gnere requiritur ad hypostaticum E S S E pa-
tris:

tris: Gigni, ad hypostaticum Esse filij: procedere, ad hypostaticum Esse spiritus sancti. Ideoq; sunt hæ actiones intrinsecæ non liberae voluntatis, ut eas suspendere & intermittere possint persona diuina: sed omnino ad absolutam necessitatem pertinent, ita ut Pater non posset non gignere Filium, &c. Sicut essentialia idiomata absolute necessitatis sunt, ut Deus non posset non esse iustus, non posset non esse sapiens, sanctus, &c. Vnde palam est, sicut sapientia, sanctitas, iustitia, in Deo accidentia non sunt, sed essentialia attributa: sic & actiones illas internas non esse accidentia, sed substantiales relationes ad ipsum ὁὐοτικὸν εἶναι personarum requisitas. Et cum alias in Naturam inter essentiale & accidentiale tertium dari nequeat: in hoc tamen arcano tertium occurrit, nempe hypostasis & hypostatica relatio: quæ nec absolute idem est quod essentia (alias sicut tres hypostases sunt, ita quoq; tres essent & sicut) sed ne tamen accidens est hypostasis & hypostatica eius actio, sed substantialis quidam character essentiæ Deitatis.

D 5 Actiones



Actiones porro extrinsecæ illæ, quibus ad extra progreditur DEVS, cuiusmodi sunt creare, sustentare, vivificare, &c. ut sunt non absolute necessitatis (siquidem Deus, etiam antequam crearet mundū, fuit Deus & mansisset Deus, si maximè mundum non condidisset) sic Dei accidentia nequaquam sunt appellandæ. Non enim in sunt Deo, ut accidentia subiectis: sed potius proficiuntur à Deo ut effectus à causa. Proinde suorum operum & actionum subiectum non est Deus, sed id potius, in quo illæ efficiuntur. Adhac ipse hæ actiones non ita prouenient à Deo, sicut humanae actiones ab homine, aut naturales & pœnas à suis efficientibus Naturalibus. Nam & voluntaria & Naturalia efficientia in Naturâ suis vel habitibus vel qualitatibus terminantur, quibus ad huiusmodi producendas actiones habilia sunt. Deus autem non mediante vel habitu vel qualitate aliqua inhærente, sed immediate sua essentiali virtute, quæ cum ipsis & omniæ conuertitur, actiones illas efficit. Perspicuum igitur est, in Deo nulla prorsus considerari accidentia, qui nihil aliud est, quam purissima simplicissima

QVAEST. ET RESPONS. 59

plicissimāg̃ & cīa, ideoq̃ ab Essentia simplicitate Iehoua dicitus.

At quomodo in illum non cadant Accidentia, cūm affectus illi tribuat scriptura, putā quōd pœnitere dicitur, quōd hominem fecerit, Gen.6. pœnitere item mali, quod cogitauit inducere super Nireneitas?

*N*on tribuit scriptura Deo pœnitentiam talem, quæ vel errore iudicij præsupponat, vel cum quadam affectuum perturbatione coniuncta sit. Deus enim, quia omniscius est, errare iudicio vel imprudentia labi non potest: & cūm sit absolutè beatus, atque in sua beatitudinis statu aeternis, commotio quadam vel affectuum perturbatio in eum non competit. Sed auctoritate hæc de Deo pronunciat scriptura, hominum more loquens, & ad infirmitatem captus nostri se attemperans. Quemadmodum enim de figulo affirmatur, quod formati operis sui illum pœnitcat, quando id rursum in informem massam redigit, aut prorsus conterit: sic quando Deus opus à se con-



se conditum rursum demolitur, videtur illum
pænitere, quod opus id fabrefecerit. Quam-
obrem pænitentiae vox ex immutabili Na-
turâ Dei estimata effectum significat affe-
ctus voce designatum. Nam dum effectu seu
re ipsa nimis pæna, declarat peccata ho-
minum suæ Naturæ esse contraria (sine ullo
tamen affectuum strepitu, licet non sine sum-
ma displicentia) tūm figuratè dicitur dolere
seu pænitere, quod hominem fecerit. Sic quo-
que cùm scribitur pænitere mali, quod locu-
tus fuerat de Nincuitis: pænitentiae vox non
ad immutabilem Dei Naturam referenda
est, sed ad opera quæ facit, idq; respectu ipso-
rummet Nincuitarum. Etenim quia prius
minatus fuerat Dominus eversionem urbis
illorum, ac nihilominus deinde illi parcit: vi-
detur in sua voluntate consilioq; mutatus:
cùm tamen non ipse, sed Nincuite mutati
sint: Deus autem in sua voluntate immuta-
bilis permaneat. Siquidem hæc Dei immuta-
bilis voluntas est, quod Nincue, si non aga-
tur pænitentia, interire debeat. Sicut vicis-
sim hæc ipsius clemens atq; itidem immuta-
bilis



QVAEST. & RESPOND. 61

bilis voluntas est, si resipiscant, quod perire non debeant Nineuitæ. Ita mutatio non accidit ex parte Dei, qui est amore & misericordia, qui nec mutatur, nec propriè loquendo, ipsum ullius rei pœnitentiam. I. Sam. 15. sed ex parte Nineuitarum.

Quid autem de ira Dei respondes
& misericordia?

Negat his vocibus subitanea quedam commotio, quæ hominum more in Deo fiat, denotatur. Sed ira & appellatione venit immutabilis ipsius displicentia, qua perpetuo auersatur & peccatum, & propter peccatum ipsam quoque personam, nisi fiat reconciliatio. Misericordia eius pariter non aliquem subitaneum affectum indicat, qualis in hominum animis existit, sed eternam, constantem, omniumque humanorum affectuum planè vacuam bonitatem atque clementiam.

Cum dicis omnipotentem: An putas vniuersa illū posse sine vlla prorsus exceptione?

Omnia, quæ naturæ ipsius non sunt aduersa &



*sa & inimica. Cuius rei memoratu & obser-
uatu digna extant testimonia, Iob.9. Esa. 40.
Et Ier.32.dicitur, Deo nihil esse impossibile.
Quod Gabriel ex Ieremia videtur mutuatus,
dicens, coram Deo non esse impossibile omne
verbum. Sic Zacharie 8. legitur: Si hoc impos-
sibile videatur coram oculis populi huius:
num ideo etiam impossibile sit in oculis Do-
mini? Et deniq^s, Ephes.3. scribit Apostolus,
Deum posse facere cumulate ultra omne, quod
vel petimus vel cogitamus.*

**Quorsum spectat restrictio, qua poten-
tiæ Dei subijcis ea, quæ naturæ ipsius
non repugnant?**

*Quia que pugnant cum ipsius natura, nec
facit, nec facere adeò potest. Ut: Deus non po-
test peccare, non potest mentiri, Tit. 1. non
potest esse infirmus, non potest mori: Et qui-
dem hæc non posse est non infirmitatis, sed po-
tius summæ perfectionis atq^s potentiae. Quā-
doquidem si vel infirmari, vel mori, vel pecca-
re, vel mentiri, vel alia sūæ naturæ aduersa
posset: iam non esset Deus, & proinde nec o-
mnipotens esset.*

Mitto



Mitto hæc. Sunt autem, qui inter impossibilia Deo referant etiam, ut humanam Christi naturam per se circumscriptam faciat personaliter esse incircumscriptam?

Antequam tibi ad hoc respondeam, euoluenta prius est homonymia τὸ ἀντίγραφός seu incircumscripti. Circumscripțio enim dicitur vel loci forinsecus ambientis respectu, vel ratione propriae finitionis. Humana Christi natura eo respectu, quo in λόγῳ non localiter aut naturaliter, sed personaliter, & supra omnem natura seriem ineffabiliter subsistit, non est loco circumscripta. Neg, enim unione personali est assumpta in locum, sed in λόγῳ. Idcirco non locus, sed λόγος diuina hypostasis est personalis illius assumptionis terminus. Manet autem nihilominus natura sua terminis atq; finibus circumscripta semper, & in ipsa maiestate omnipræsentie per essentiam finita tantum manet: nec fit unquam, ut reddatur infinita, vel nullis sua natura terminis circumscripta: etiam si forinsecus ambiente loco non circumscribatur in λόγῳ & in dextra

in dextra Dei. Proinde naturæ sue finibus circumscribi seu finitum esse, & deinde L O C O non circumscribi, sed loca omnia transcenderet, contradictione nequaquam sunt: cum secundum diuersissima accipientur. Sicut negatur naturæ terminis esse finitum, & nihilominus in dextra Dei implere omnia, pro contradictionibus habentur. Quandoquidem essentia liter infinitum esse, & personaliter omnipræsens esse, termini conuertibiles non sunt. Humanitati quippe salvatoris ad obtainendam hanc omnipræsentiae maiestatem nulla opus est diductio in infinitum, cum diductio seu diffusio illatantum regnet, ubi localitas dominatur. Qua sublata, etiam diffusionis naturæ humanae de loco uno in alterumphantasia protinus definit & euaneat.

Præterea ex nostro ingenio fas non est statuere, quid pro contradictione in Theologia habendum sit, quid secus. Nec definire potest aut debet humana ratio, quid quantum posse Deus, ne implicetur aliqua contradictione, vel quid Naturæ ipsius sit aduersum & oppositum. Alias momento euertemus

QVAEST. & RESPOND. 63

remus omnia mysteria regni Dei. Quis enim
locus erit Trinitatis articulo, si ex nostro ar-
bitratu comminisci liceat contradictiones?
Resurrectionis item articulus quomodo con-
stabit? Siquidem ne angeli quidem cælorum
conciliare possunt, quo pacto sine contradic-
tione fieri queat, ut si (quod haud raro usque
venit) corpus alicuius hominis laceretur à
bestijs, & in illarum carnem atq; sanguinem
conuertatur, ac nihilominus hæc bestiarum
caro non resurgat, resurgat tamen nihilomi-
nus corpus istius hominis, quod in bestiarum
carnem sanguinemq; naturali conuersione
mutatum erat. Adhac si quæ coram nobis
apparent conciliati impossibilia, protinus co-
ram Deo etiam impossibilia, & nature ipsius
aduersa putanda essent, eò quod contradicen-
tia non velit negari faciat: nunquam pater ille
fidelium Abrahamus, cum iuberetur offerre
filium suum, potuissest contra spem sub spe con-
fidere futurū ut ex Isaaco, quem iam iam de-
beret ingulare, prodiret reges & populi, iuxta
promissionem Dei, squidem nulla adhuc so-
boles ex Isaaco esset in rerum natura. Proinde
est hic merus incredulitatis humanae prætex-

Eius,



66 DE S. TRINITATE,
tus, quod ad hec pietatis mysteria conuellenda
torquetur regula de contradicentibus, & hu-
mana ratio ex suo quodam libitu definire at-
det, quae sint Deo aduersa & proinde contra-
dicentia, videlicet quae ipsa ratio ex suo iudi-
cio pro talibus habuerit. Ideoq; etiam omni-
potenti Deo conciliatu impossibilia censem, es-
se naturæ finibus circumscriptum seu fini-
tum, & nihilominus à Λόγῳ, cui adiacet tota
unita est caro, nullibi abesse, nullibi distare:
sed in hypostasi ipsius, adeoq; in omni presen-
tiae solio dextraq; Dei transcendere & im-
plere omnia.

Dixisti in descriptione Dei , esse
vnum Deum , vnde id
probas?

Testimonia S. sancti extant in sacris lite-
ris penè innumera, ut quod Exodi 20. dicitur:
Non habebis Deos alienos coram me. Deut-
6. Audi Israël: Dominus Deus tuus Iehoua
vnum est, Esa. 41. 42. 43. 44. & sequentibus
capitibus multoties repetitur: Ego Iehoua, &
extra me non est alius. Marc. 12. Vnus est
Dens, & non est alius prater eum. Quod re-
sponsus

sponsum legisperiti collandat Christus. Sic r.
 Cor.8. Scimus quod idolum nihil sit in mun-
 do, & quod nullus sic Deus alius, prater unū,
 quamvis enim sunt qui dicantur dij, siue in
 cælo siue in terra, sicut sunt dij multi &
 domini multa nobis tamen unus est Deus. Con-
 similata testimonia extant Gal.3.1. Timoth.2.
 Iacobi 2.

Fortassis pater, filius, & Spiritus sanctus
 unus dicuntur Deus. sicut diuersi ho-
 mines individui unus specie
 dicuntur homo?

Minime: Nam (verbigratia) Iohannes
 & Paulus dicuntur quidem unum specie. At
 vero unus homo dicuntur nunquam: Sicut
 quidem pater, filius & Spiritus sanctus ex-
 pressè unus dicuntur Deus. Adde quod speciei
 conceptus ille logicu est unus, rebus tantum
 propter intellectum competens, & unitas ista
 accidit rebus à mente, Deus autem reuelat se
 nobis, non quoad à mente hominis et quip-
 piam accidit: sed quemadmodum seipso est.
 Præterea scripturae testimonia modo producta
 luculenter arguunt, Deum & omnia & numero

vnum esse. Siquidem Moses dicens : Audi Israël, Deus tuus Iehoua vnum est, idem ait, ac si diceret : Deus tuus essentia vnum est. Siquidem Iehouæ vox ipsam purissimam Dei essentiam exprimit. Et Paulus unitatem Dei veri multitudini Deorum gentilium opponit, i. Corinth. 8. ut hac antithesi luculenter ostendat, se vnum numero Deum agnosceret & confiteri. Quod etiam vnis ille Deus, qui apud Esaiam loquitur, aperte ostendit, quoties ait, extra se non esse ullum alium. Denique cum Deus sit summum & simplicissimum principium: summa etiam unitas (non accidentalis àmete) sed essentialis ei competit necesse est. Alias enim nec pater omnipotens esset aut infinitus, nec filius, nec Spiritus sanctus, siquidem patri deesset filij potentia, & vicissim. Negat omnia tria simul iuncta constituerent quoddam infinitum : si ipsa per se finita essent. Quandoquidem infinitum ex finitis nequit constitui.

Ex necessitate igitur absoluta vnum
duntaxat est essentialie omnipo-
tens & infinitum.



Proba,

Q V A E S T . & R E S P O N S . 69

Proba, quòd in vna illa simplici Deitate
plures sint , quàm vna,
personæ?

*Hoc mysterium in veteri & novo Testa-
mento reuelauit Dominus. Atq; hoc testan-
tur vniuersa ea dicta, quibus Deus אלֹהִים
hoc est, Dij, in plurali numero nuncupatur.*

Antequam progrediaris ad enumeran-
da cætera testimonia : respondent Iudæi
ad illud אלֹהִים vel video sic loqui scriptu-
ram , quia vox Hebræa singulari nume-
ro destituatur , vel quia dignitatis causa
placeat Deo sic de se loqui, mo-
re Magnatum?

*Vtrumq; canillum putidum est. Nam nisi
Trinitatis mysterium subindicaretur: nonne
posset Spiritus sanctus uti alijs singularis nu-
meri vocibus, ut אלהָם Adonai, &c.
Adhac si ut una essentia, sic una tantum
persona esset in Deitate : nonne vocibus eius-
modi pluralis numeri daretur idolatriæ occa-
sio, quasi multi essent Dij ? ideoq; non est ulla
causa alia vocis Elohim de Deo usurpatæ,
quam personarum in ipsopluralitas.*

E 3 Magna-



Magnates quod attinet: respondemus, ue-
hos quidem in omnibus linguis de se in nume-
ro plurali loqui solitos. Et si quando faciunt,
faciunt sane sui honoris amplificandi gratia,
quia inter homines prestantior est multitudo
hominum, quam unius solitarius homo. At
verò si una tantum persona foret in Deo, ut
essentia una tantum est: nonne magis ex Dei
honore esset de se loqui, qualis est, quam hu-
iustmodi *κερονηλια*, stultorum hominum in-
digiditiam imitari: presertim cum alioquin
essentia unitatem summae sibi laudi ducat,
eamqz ad extollendam suam maiestatem pas-
sim apud Esaiam inculcat: nedum ut pluralis
numerus quicquam possit Deo authoritatis
conciliare, ni id, de quo dicimus, mysterium
Trinitatis ei subesset.

Perge igitur Trinitatem persona-
rum ex veteri Testamento
euincere?

Patet illa ex historia creationis mundi:
abi omnium personarum Deitatis expressa
si mentio, Dei patris quidem, quod is dicendo
seu verbo suo cōdat omnia. Deinde illud ipsum

DICE-



QVAEST. & RESPOND. 77

DICERE seu sermo (non in aërem euanc-
scens, sed seipso subsistens) secundam perso-
nam Deitatis exprimit, λόγον, per quē omnia
conduntur. Tertio Spiritus domini itidem
exprimitur, qui scribitur uniuersam illam
aqueam molem primò conditam fuisse &
sustentasse.

Quid si per illud dicere non substantia-
le verbum, sed Dei siue nutus,
siue voluntas intel-
ligatur?

Potier nobis est ipsius Spiritus sancti ex-
plicatio. Qui ex historia creationis mundi
Deitatem Christi asserturus, perspicuè Chri-
stum λόγον illum fuisse interpretatur, per
quem uniuersa sint condita, Ioan. 1. Proinde
per λόγον Dei Filius intelligitur: quemadmo-
dum etiam per Spiritum agitantem aquas
non ventus, sed substancialis Dei Spiritus
procedens ab eo notatur. Cuius rei indubium
interpretem habemus Prophetam Dauidem,
qui testimoniū Mosaicum de Spiritu ORIS
I E H O V A E exponit, dicens: Verbo Iehouæ
cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis
exercitus eorum.

E 4 Proinde



Proinde & hoc Psalmista testimonium ad asserendum Trinitatis mysterium supra modum est luculentum. Nam & Iehoua Pater introducitur, & verbum eius Filius, & Spiritus sanctus, tanquam oris ipsius spiraculum.

Habesne ex veteri Testamento plura testimonia Trinitatis personarum?

Quidni habeam? Nonne enim, cum dicit Dominus in plurali numero: FACIAMVS hominem ad imaginem NOSTRAM: hac luce clarior inde personarum emergit in Deitate pluralitas? Neg, enim angelos alloquitur, ut creationis hominis opus cum illis participet, dicendo: Faciamus, &c. qui apud Esaiam disertissime profitetur, se hoc opus creationis sibi reseruare soli. Et quae supra de loquendi modo, quo Magnates utuntur, obiecta sunt, ibidem sunt refutata. Praeterea, Gen. 19. pluisse scribitur, יהוה מאח יהוה, Dominus a Domino super Sodomam & Gomorrah sulphur & ignem. Vbi aut ociosissimam ταυτολογιαν verbis Prophetae inesse dixeris, quod absit: aut duas distinctas personas notari

notari fatendum fuerit: cum duos ratione es-
entiae Iehouas agnoscere religio vetet. Et hoc
quidem testimonium eius ponderis est, ut Iu-
dæi non inueniant quo id eludant. Quin &
hec non sunt contemnenda, sed in arce me-
moriae locanda, cum non solum vox pluralis
(Elohim) ponitur: verum etiam velepitheca
vel verba pluralis numeri, adiiciuntur quæ ceu-
digito personarum in Deo pluralitatem desi-
gnant. Ut Genes. 35. Vocavit locum Bethel,
quoniam ibi reuelati sunt ad eum אלְהִי
Dij. Deut. 5. Quæ fuit unquam caro, quæ audi-
uit verba Deorum uiuentium, Iehouæ Dei no-
stræ? Iosue 24. Non potestis seruire Iehouæ
בְּאֱלֹהִים קָרְשֵׁנִי: quoniam dñsancti.
Et Malachia 1. ait Dominus: Si ego sum
ארֹנוּם (hoc est, Domini, in plurali nume-
re) ubi timor meus? Huc quoq; referuntur di-
cta, quib. Deus de Deo loqui introducitur, ve-
luti, quod Exod. 34. scriptū legitur: predicauit
Iehoua in nomine Iehouæ: Et quod apud Oseā
dicit ipse Iehoua, se velle misereri Iudeæ, &
saluare eum in Iehoua Deo suo. Et Zacharia 2. Hic loqui
Multæ gentes applicabuntur ad Deum in die tur ipse
illa, & erunt MIHI in populum, & habita-
Iehoua,



& se mis-
 bo in medio tui: & scies, quia Dominus exer-
 sum ait à cituum misit me ad te. Consimilis extat locus
 Ichoua. totam Trinitatem complectens, Esa. 48. Vbi fil-
 lium Dei Propheta sic introducit loquentem:
 A principio non in abscondito locutus sum:
 à tempore quo fuit ipsa (prophetia) ibi eram.
 Et nunc Dominus Ichoua misit me & Spir-
 itus eius. Similiter τεισάγον illud: Sanctus,
 sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum.
 Quod ipsi quoq; Hebraorum Rabbini sic sunt
 interpretati: sanctus pater, sanctus filius,
 sanctus Spiritus sanctus. Et de patre quidem
 id sonare, nullus omnium negauit unquam.
 Ad filium autem id ipsum accommodat Eu-
 angelista Ioannes 12. Ad Spiritum sanctum
 denig; Paulus, Act or. 28.

Quæ sunt præcipua testimonia Trinitatis in nouo Testamento?

Primo incarnatione mediae personæ testimo-
 nium est omni exceptione maius, & patefa-
 ctio Trinitatis omnium illustrissima, dum
 nimirum se distinctè una persona ex tribus
 per incarnationem reuelauit. Hoc ipso enim
 suis personis (una incarnata, cæteris non in-
 carnatis)

Q V A E S T . & R E S P O N S .

75

carnatis) distincta sifitit & cognoscitur adoranda Trinitas. Quamobrem etiam in nouo Testamento opus fuit patefactione Trinitatis, propter missionem unius personae in carnem: ut constaret, quæ persona facta esset homo, quæ vero non. Deinde patet etiam realis personarum in Trinitate distinctio, quia & patrem à filio & Spiritum sanctum ab utriusque distinctum, adeoq; ALIVM esse saluator in Euangelio multoties pronunciat. Ut: Si testimonium perhiberem de me ipso, testimonium meum non esset verum. ALIVS est, qui testimonium perhibet de me. Sic Ioannis 14. Rogabo patrem, & ALIVM consolatorem dabit vobis. Sic frequenter in Euangelio Christus filius Dei se à patre discernit, subinde admittentis patris autoritatem (quæ ipsis quoq; Iudeis debebat esse sacrosancta) prouocans: eaq; prouocatione se à patre liquidissimè discernens. Cuiusmodi sunt hæc: Non quero voluntatem meam, sed eius, qui me misit, Ioannis 5. Item doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me, Ioannis 7. Similiter: si ego glorifico me, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui me glorificat, Ioan. 8. Vbi alius etiam locutus



76 DE S. TRINITATE,
locus valde memorabilis est , non solum pro
astruenda personarum pluralitate, verum et
iam pro reali earundem distinctione: Cum sic
ait: Quin & in lege vestra scriptum est, quod
duorum hominum testimonium verum est.
Ego sum, qui testimonium fero de me ipso, &
testimonium fert, qui misit me, Pater. Vbi
ostendit, cum in humanis duorum hominum
testimonium verum statuatur: multo magis
duarum in Deitate personarum testimonium
non posse reprobari. Accedunt huc testimonia
& documenta reuelationum alia, quibus san-
ctissima Trinitas se patefecit, ut quod bapti-
zari iubemur in nomine patris, & filii, & Spi-
ritus sancti. Et quod in Baptismo Christi tota
Trinitas se sub distinctis personis reuelauit.
Quemadmodum etiam in scriptis Apostolo-
rum multoties omnium trium personarum fit
metio, Rom. 1. & 8. Similiter undecimo capite,
vbi dicitur: quoniam ex illo, per illum, & in il-
lum sunt omnia. Sic 1. Cor. 6. Gal. 4. & 1. Ioan. 5.

Quae sunt illae personae Trinitatis?

Pater, filius seu λόγος, & Spiritus sanctus.
Sic enim nominantur paucim. Ut Psalm. 33.
Matth. 3. & 28. Ioannis 14. 1. Ioannis 5.

Sunt



Sunt' ne hæ tres personæ quiddam ab ipsa
communi Deitate diuersum?

*Inter se quidem personæ realiter differunt.
Siquidem pater non est filius: filius non est pa-
ter: & Spiritus sanctus nec pater nec filius est.*

*A communi verò Deitate personæ simul iun-
ctæ nihil quicquam differunt, nec re nec cra-
tio. Siquidem Deitas tota nihile est aliud,
quam Pater, Filius & Spiritus sanctus: & e-
contra.*

*Deitas autē à patre singulatim, à filio sin-
gulatim, à Spiritu sancto singulatim, tantum
ratione differt, non re ipsa.*

*Quomodo verò nō re ipsa differat, cùm
patria proprietas sit incomunicabilis,
essentia verò seu natura patris com-
municabilis sit filio & spiri-
tui sancto?*

*Non constituitur hinc vel reale velessen-
tiale discriminis, sed rationale tantum. Quan-
do enim pater generat: Deus ipse generat, imo
ipsa Deitas, sed quatenus hypostaticè termina-
tur. Neg, hic quicquam cogitamus diuersum
revera. Ut enim in Trinitate omnis respectus
alicuius*

78 DE S. TRINITATE,
alicuius quarti remouendus est, quod non sit
ipsam et ad numerum Trinitas: sic in singulis
personis remouendus est respectus alicuius se-
cundi, quod non sit illa ipsa persona. Ergo quod
in Deitate pater gignit, id habet, quam pater
est. Quod autem non simpliciter filium, sed
DEUS filium gignit: facit id, quam DEUS
pater est. Solus enim is pater, qui natura Deus
est, potest filium natura Deum gignere. Solus
OMNIPOTENS pater potest OMNI-
POTENTEM filium, atque sic sibi omnes et
imaginem sui generare, et generando Deita-
tem illi suam communicare: ita tamen, ut pro-
pter immaterialitatem eius filius intra eius
Patris maneat, et tantum ab eo, ut geni-
tum a gignente differat.

Sed potest ne quaelibet persona esse quid-
dam perfectissimum?

Quidni? Quaevis enim persona tota a deo
per et Deitatem omnes participat, seu potius
est simplicissime tota illa Deitas: nec eius par-
tem aliquam capit. Sed eadem illa plenissima
Deitate pater est Deus, qua filius, qua et Spi-
ritus sanctus. Negat omnes tres personae simul
iuncte,

iunctæ, plus habent Deitatis, quam vel pater
in se consideratus, vel filius, vel Spiritus san-
ctus.

Quomodo definis Patrem?

Pater est prima persona Trinitatis, fons &
origo eorum, quæ sunt intra & extra Deita-
tem. Qui gignit filium quoque omnes, imaginem
& characterem sui: qui etiam unicum filio
spirat omnipotentem & consubstantiale Spi-
ritum.

Quid est filius?

Est persona Trinitatis secunda à patre iam
inde ab aeterno genita; λόγος videlicet: cha-
racter & imago subsistentiae paternæ: ideoque
patri consubstantialis. Qui unum cum patre, uno
quodam cōmuni actu, aeternum Spiritum pro-
ducit. Per quem filium siue λόγος sunt omnia:
qui etiā in plenitudine temporis humana na-
turam in unitatem suæ illius singularissime
personæ assumpsit, & incarnatus est, ut nos
operæ redēptionis aeternū beareret.

Quid est Spiritus sanctus?

Tertia persona Trinitatis, à patre filioque
ineffā-



DE S. TRINITATE,
ineffabiliter procedens, tanquam utriusque
commune spiraculum.

Vt de patre primò agamus: num eodem
illo actu, quo filium gignit, pro-
ducit etiam Spiritum
sanctum?

*N*equaquam. Non enim Spiritum san-
ctum gignendo producit, sed spirando. Filium
autem non spirando, sed generando. Alias si
idem planè esset productionis actus: tum Spi-
ritus sanctus etiam esset filius: & filius etiam
esset oris paterni spiraculū. Quorum utrumq;
absurdū, & à catholica veritate alienum est.

An' non autem personē producentes
sunt digniores productis?

Tribuitur sanè Patri principatus originis,
respectu cæterarum personarum: & filio re-
spectu Spiritus sancti: quatenus in suis con-
siderantur proprietatibus personalibus. Qua-
tenus vero considerantur ratione essentiae &
naturæ, maiestatis & potentiae: nulla hic pror-
sus differentia, nulla se offert inæqualitas, sed
eadem illa potentia, quā pater Deus est, est &
filius

filius Deus, est & Spiritus sanctus Deus: & quidem eodem plane essentiali modo, per naturam: nequaquam verò per gratiam. Filius enim non minus est aeternus ille Deus naturaliter omnipotens, quam pater est. Et Spiritus sanctus non minus est ratione & natura aeternus ille Deus, quam pater & filius.

De patris Deitate nihil hactenus dubitatum: quo modo verò probas aeternā Deitatem filij?

Varijs modis illa probatur: Et primò quidem, quod Iehoua dicitur in scripturis. Ut videre est Ieremiæ 23. Vbi de germine Dauidis, hoc est, de Messia expressè dicitur: Et hoc est nomen, quo vocabunt eum: Iehoua Zidkenu.

Sed obtendunt infideles: etiam altari, exod. 17 datum hoc nomen: Iehoua Nissi. Et altare extrectum à Gedeone appellatum: Iehoua Schalon, hoc est, Dominus pacis. Sicut autem ex his non liceat Deitatem altari vel Mosis vel Gedeonis asserere: ita nec Christo ex prophetico

Ieremiæ testimonio?

Longè alia est ratio, quando rebus inani-

F matis



matis hoc nomen quodam alio adiuncto limitatum apponitur, alia vero quando viuenti persona, Messiae videlicet, id tribuitur. In locis scripturae modo productis per se planum & cuius obuium est, Iehouæ vocem non directè respicere altare vel Mosis vel Gedeonis: sed ipsum Dominum, cuius altare symbolum sit, & beneficij præstigi memoriale. In testimonio autem de Messia Ieremias acquiescit in ipsa persona Messiae, & ad hunc elogium illud Iehouæ directè refert. Idq[ue] ipsum ostendit a signatum ibi epitheton: *In* *s*titia nostra. Si quidem cum Deus alias absolute sit iustitia: Ieremias hic de NOSTRA iustitia differens, quasi indice dígito Messiam nobis monstrat, qui solus est nostra iustitia. Esa. 53. scilicet factus nobis à patre iustitia, & sapientia, sanctificatio & redemptio: ut Paulus illud Zidkenu interpretatur, & ad Christum refert, 1. Corinth. 1.

Quid vero ad illud respondes, quod Ezech. 48. dicitur: Hoc erit nomen ciuitatis: Iehoua ibi?

Ex adiecta vocula (IB 1) satis evidens est, prophetam hoc dunt axat velle, quod ciuitas illa, noua

la, nona Ierosolyma, sit Dei Ichouæ habitaculum, quodq; Ichoua ibi habitat. Proinde & hic nomen Ichouæ nō ipsi ciuitati tribuitur: Sed per particularam, IBI, ad ipsummet Dominū gratia & benedictione sua illuc habitantem reducitur.

Num & alibi Christo nomen Ichouæ tribuitur?

Quidni? Christus enim est ille Ichoua, qui à Ichoua pluit sulphur & ignem super Sodomam & Gomorrham. Sic quando Moses Ichouam à patribus in deserto tentatū refert, atq; hunc à patribus tentatum Ichouam, Paulus i. Cor. 10. ipsummet Christum esse declarat, quidni adorandum illud nomen Ichouæ, Christo aper- tè tribuitur? Sic David Christum nominat Ichouam, cùm eum, qui in altum ascendit, & dat dona hominibus, aliquoties, Psal. 68. hoc magno Dei nomine ornat, & Ichouā appellat, & Paulus id vaticinium ad Christum eiusq; in cælos ascensum refert, Ephes. 4. Sic Esaias Ichouam regem exercituum vocat Christum, cùm videt gloriam eius & loquitur de eo: iuxta authenticam allegationem & explicationem Euangelistæ Iohannis capite 12. Idem Prophe-

ta Iehouam nominat Christum saluatorem
 nostrum, cùm illum sic introducit loquentem:
 in memetipso iuraui, dicit Iehoua: mihi se-
 flectat omne genu, & omnis lingua confitebi-
 tur mihi. Id quod dilucidissima exegesi Paulus
 ad Christum duobus in locis transfert. Rom.
 14. & Philip. 2. Et rursus quando Esaias Pro-
 pheta Iehouam ait affirmare: Egó sum, ego
 sum, qui deleo peccata tua propter me, & ini-
 quitatum tuarum non recordabor: Nónne
 Christo Iehouæ nomen adscribit? Iuxta hanc
 infallibilem consequentiam: propter solum
 Iehouam delentur peccata, Esaiate teste. At verò
 delentur illa propter solum Christum. Ergo
 Christus est ille Iehoua, qui hoc apud Esiam
 loquitur. Oseas etiam vocat Iehouam, quando
 scribit: Dominum miserturum domui Iuda in
 Iehoua Deo ipius. Palam autem est, Deum in
 solo Christo misereri populi sui. Ergo Christus
 est ille Iehoua propter quem se domui Iuda mi-
 serturum pollicetur Dominus. Zacharias quoq;
 Christum Iehouæ nomine insignem introdu-
 cit, cùm Iehouā mitti scribit à Iehoua, cap. 2. &
 Iehouā ipsum vendi prædicit 30. argenteis ca. 11.
 Quin Iehouæ nomen toties Christo tribui-
 tur,

tur, quoties id angelo loquenti Mosi vel Gedoni, vel aliyis Patriarchis se reuelant tribui-
 tur. Veluti Exod. 3. & Iud. 6. Et denig ubi cung
 Iehoua sibi soli aliquid diuina maiestatis ven-
 dicat, ac nihilominus scriptura id Dei filio ali-
 bi assignat: toties filius Dei appellationi Iehouæ
 ijs in locis inclusus intelligitur. Ut quando
 Moses ait: Iehouam adorabis, & illi soli ser. Dext. 6.
 uies. Et quando frequentissimè repetitur apud
 Prophetas, Esaiam in primis: Ego Iehoua, & Esa. 43. &
 non est aliis præter me: Ego Iehoua faciens 44
 omnia, creans cælos solus, stabiliens terram,
 & nullus mecum: Ego Iehoua, & præter me
 non est Saluator: Ego Iehoua scrutans renes fer. 17.
 & corda: Et innumera alia, ubi soli Iehouæ
 talia adscribuntur, quæ scriptura clamat Chri-
 sto competere. Hac, inquam, omnia demon-
 strant infallibiliter, Christum quoq; in huius-
 modi testimonij voce Iehouæ includi, & pro-
 inde verum Deum esse. Quandoquidem hoc
 nomen tetragrammatū Dei nulli alteri con-
 uenit, quam soli & unico vero Deo: iuxta ma-
 nifestissimam assertionem Dei ipsius, dicentis
 apud Esaiam: Ego Iehoua, hoc nomē meum, & Esa. 42.
 gloriam meam alteri non dabo.



86 DE S. TRINITATE,
Putas' ne etiam in noui Testamenti scri-
ptis Christum vocari magno
illo nomine?

Maxime. Etsi enim vox græca, κύρος, et-
iam alijs attribuitur: tamen cum adaptatur
Christo, & equipolleat id Iehouæ appellationi. Nam
dum Paulus scribit, etiam si multi dicantur do-
mini, nobis tamen unum esse Dominum, nem-
pe Iesum Christum: euidenti consecutione hinc
aſtruitur, κύριος vocem ibi coiincidentem cum ap-
pellatione Iehouæ. Etenim si hoc non cōcedere-
tur, sequeretur apertè, nobis Christianis non
unum, sed duos esse Dominos. Primo Iehouam
illum Dominum. Deinde hunc quoq; dominū,
quem Paulus hic celebrat. Quoniam verò no-
bis Christianis non duos, sed unum scribit esse
Dominum: necessaria consecutione euincitur,
Christum ibi prædicari ab Apostolo eum Do-
minum, quem scriptura Iehouam nominat.
Deinde cum Christus prædicatur Dominus
glorie, 1. Corinth. 2. ipse Dominus de cœlo, 1.
Corinth. 15. Dominus dominantium, Apoc. 19.
Semper ibi græca vox κύριος correspondet he-
braico nomini tetragrammato Dei, Iehoua.

Num



Num verò etiam Deus expressè dicitur
in sacris literis?

Quidni? Nam Psal. 45. Christum sic allo-
quitur Spiritus sanctus: Solium tuum, ô Deus,
in seculum seculi, virga directa, virga regni
tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.
Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lati-
tiae ultra consortes tuos. Ex quibus verbis epi-
stola ad Hebreos Deitatem aeternam Saluato-
ris Christi luculenter afferuit: Siquidem hic
Deus expresso nomine dicatur, quod angelis di-
ctum sit nunquam. Sic Esaiæ non appellatur
אל גבורה Deus fortis. Et 35. capite, cum
de aduentu Messiae differit propheta, ait: Deus
ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur
oculi cœorum, & aures surdorum audient, &c.
Quæ verba Christus discipulis Ioannis enar-
rans, Matth. 11. perspicue ad se se transfert, ac
sc̄ Deum illum esse edocet, qui venire, taliaq; in-
cēcis, surdis & claudis sanandis, miracula ope-
rari debuerit. Porro in novo Testamento Ioan-
nes Christum Deum aperte nuncupat capite
primo sui Euangeli: In principio erat λόγος &
λόγος erat apud Deum, & Deus erat ille λό-

Heb. 1.

DE S. TRINITATE,
 y^o. Thomas quoq^z, Ioan. 20. Christum, Deum
 & Dominum suum profitetur. Et actor. 20. in-
 quid Paulus: Attendite vobis & cuncto gregi,
 in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, ad
 regendam ecclesiam Dei, quam acquisiuit san-
 guine suo. Quod illustre est Deitatis Christi te-
 stimonium. Siquidem nec Pater, nec S. sanctus
 habet sanguinem: ideoq^z, ad filium hoc in loco per-
 tinet vox Dei. In primis autem irrefragabile
 est, quod Rom. 9. legitur hisce verbis: Ex quibus
 est Christus, quantum attinet ad carnem: qui
 est in omnibus D E V S laudandus in secula,
 A M E N. Quæsententia eò clarius æternae Dei-
 tatis laudem Christo transcribit, quod cum
 idem hic Apostolus expresse dicat alibi: Nobis
 (Christianis) unus tantum est Deus: nihil o-
 minus hic Christum Deum illum in secula be-
 nedictum diserta voce pronunciat. Nec mi-
 nus perspicuum est, quod in Epistola priore ad
 Timotheum habet: Citra controvèrsiam ma-
 gnum est pietatis mysterium: D E V S mani-
 festatus in carne, iustificatus in Spiritu, visus
 angelis, prædicatus gentibus, fides illi habita in
 mundo, receptus in gloria. Vbi illud manife-
 stari in carne, recipi in gloria, &c. clarè demo-
 strat,

strat, de filio sermonem institui, eundemque
Deum Apostolico praconio celebrari. Ad
Titum 2. scribit idem hoc vas electum: expe-
ctantes beatam illam spem & apparitionem
gloriae magni Dei & seruatoris nostri Iesu
Christi. Vbi similiter appellatio magni Dei in
Christum confertur. Quod ex adiuncto attri-
buto ὅπι φανεται, liquidius etiam apparet. De-
nig, grauiſſimum quoq, est Iohannis testimo-
nium, 1. Epist. s. ubi scribit: ut simus in vero,
in filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus &
vita æterna.

Affirmat autem Christus ipse, patre esse
solum verū Deum; quomodo igitur
Christus, qui non est Pater,
erit verus Deus?

Sententia verborum Christi est, extra Dei-
tatem patris, quam ipse filio & Spiritui san-
cto communicat, non esse ullum Deum que-
rendum alium. Iam autem Filius non est extra
Deitatem patris, quia est in patre, immo in sinu
patris. Eoq, minus ab hac maiestate secludi
filius censendus fuerit, quod textus ille verbo-
rum apud Ioannē sic cohāret, ut & Christum

F 5 includi

includi manifestè pateat. Dicit enim Saluator:
 ut cognoscant te solum verū Deum, & quem
 misisti Iesum Christū. Prætereà si dicto illo Sal-
 uatoris excluderetur à Deitate filius: quomodo
 Rom. 9. constaret, quod Paulus scribit, Christum esse
 Deum super omnia benedictum in secula? quo-
 d. Joan. 5. medo item, quod Ioannes de filio Dei ait: Hic
 est verus Deus & vita æterna? Pateat ergò
 hinc, exclusuam (solum) non opponi filio, ut
 nec Spiritui sancto, qui est intra Deitatem pa-
 tris: sed ipsi duntaxat, quæ extra Deitatem, na-
 turam & essentiam patris sunt. Et quemad-
 modum Apostolus 1. Cor. 8. scribēs, nobis unum
 esse Dominum, videlicet Iesum Christum, non
 excludit ab huius nominis maiestate patrem,
 sed ob essentiæ identitatem simul includit: ita
 pari prorsus tatione Christus prædicando pa-
 trem solum verum Deum, non excludit vel se
 vel Spiritum sanctum, sed eandem ob causam
 potius includit.

Quibus argumentis amplius declara-
tur diuina filij natura?

Ab unitate essentiæ cum patre: A pro-
prietatibus ipsius hypostaticis, a proprietatibus
essentiæ-

essentialibus, à cultu soli Deo proprio, attributis, operibus, & ab humanitatis quoq; ipsius glorificatione.

Quomodo ab unitate essentiae
cum patre?

Quisquis eiusdē est cum aeterno patre essentiae: is naturā Deus sit oportet. Filius siue λόγος est eiusdē cū patre essentiae. Ergo naturā Deus est. Minor ipsiusmet Saluatoris aperto testimonio liquet. Is enim Ioan. 10. Iudeis ait: Ego & pater unum sumus. Hoc testimonium tam est euidentis, ut Iudei ipsi quantumvis alias cœcati animaduertant, Christum verbis hisce Deitatem suam afferere, dum & Deum patrem suum vocet, & se unūcum illo esse liquidō prouunciet. Propter hæc enim verba conantur illū lapidare, quia, inquit, tu homo cūm sis, facis teipsum Deū. Et quidē Christus nequaquam hoc negat, quod Deitatis laudē sibi verbis illis (ego & pater unum sumus) vendicārit: Sed potius id ipsum tuetur in sua apologia, dicens: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Sin vero facio, et si mihi nō credatis, operib. credite, ut cognoscatis & credatis, quod pater in me est.

me est, & ego in patre. Eandem consubstantia-
litatem filij cum patre potentissime confirmat
sententia Christi, Ioan. 16. Omnia, quae cu[m] ha-
bet pater, meas sunt. Ergo etiam patris essentia
& Deitas est filij essentia & Deitas. Nihil
enim quicquam excipit Christus, sed signifi-
cantissima assertione, omnia, quae cu[m] habet
pater, sua esse declarat: hoc unico excepto, quod
ipse est pater, Christus autem filius. Hanc ve-
ram esse verborum Christi explicationem con-
textus aperte nos edocet, qui sic habet: Ille (Spi-
ritus sanctus) me glorificabit, quia de meo acci-
piet, & annunciat vobis. Omnia quae cu[m]
habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quod de
meo accipiet & annunciat vobis. Vbi de Dei-
tatis mysterio tractari, & ratione huius arca-
ni verba illa Christi (omnia, quae cu[m] habet
pater, meas sunt) esse intelligenda, certissimum
est. Quemadmodum eandem unitatem & ro-
vavias essentiae Christus astruit, quando capite
17. Ioannis ait: Mea omnia tua sunt, & tua
mea sunt. Et quando scribitur, filius esse in sinu
patris, quando in patre, & pater in filio: idque ex
operibus Deitati proprijs confirmatur: semper
bis dictis scriptura unitate & concordia innuit, quod
videlicet

videlicet λόγος intra simum essentia diuinæ patris sit & maneat, à patre nulla re alia, quam singularis sua hypostasi, differens. Quomodo etiam possent pater & filius unum spirare communem spiritum, si non esset una indiuisa & indistincta illorum essentia? Etenim si essentijs essent separati: utique ex diuersis essentijs suis diuersa etiam spirando producerent spiracula. Quod in aeternum conuelli aut refutari haud potest. Quia vero naturaliter unum tantum spirant aeternum Spiritū, una illorum sit natura & essentia necessum est.

His quæ dixisti, obtendunt Ariani, Christum Ioannis 17. etiam de discipulis suis ut huiusmodi phrasibus: vt omnes unū sint: sicut tu pater in me, & et ego in te. Et mox: vt sint unum, sicut & nos unum sumus. Quoniam verò discipuli non essentia, sed voluntate & consensu sint unum, ideo inferunt, patrem & filium quoque non essentia, sed voluntatis consensu unum esse?

Ad hoc obiectum Arianorum diligenter atten-

DE S. TRINITATE,
attendendum est, voculam (sicut) hic non
æqualitatem rei designare, quasi nos eodem il-
lo summo gradu infinitæ perfectionis possimus
esse unum, quo pater & filius unum sunt: sed
quandam significare analogiam, qualis qui-
dem est inter Deum & patrem nostrum, &
inter nos, tanquam filios ipsius, qui velut à
longè ad imaginem ipsius conformamur, nun-
quam vero ad absolutam perfectionem uni-
tatis, quæ inter patrem & filium est, assurgere
valemus. Quod si quis morosius urget vocu-
lam, sicut, nos pertinaciam eius retundimus
consimilium locorum scripturæ instantiæ. Pu-
tata Matth. 5. Estote perfecti sicut & pater ve-
ster, qui est in cælis, perfectus est. Et Luce 6.
Estote misericordes, sicut & pater vester mi-
sericors est. Ioannis decimo tertio, & decimo
quinto, Diligite vos mutuo, sicut ego dilexi
vos. Ioannis decimo septimo, Dilexisti eos, sicut
& me dilexisti. 1. Ioannis primo, Ambule-
mus in luce, sicut & ipse est in luce. 1. Ioannis
secundo, qui dicit se in eo manere, debet, sicut il-
le ambulat, & ipse ambulare. 1. Ioannis tertio,
Omnis qui habet hanc spem, purificat se, sicut
& ipse purus est. Qui exercet iniustitiam, iu-
stus

stus est, sicut & ille iustus est. Quemadmodum ergo in his omnibus ex particula (Sicut) nemo recte collegerit, Dei perfectionem, misericordiam, charitatem, puritatem & iustitiam esse accidentalem, qualis nostra est, ita quoque ex loco Ioannis decimo septimo capite colligere fas non est, unitatem illam Dei patris & filij esse accidentalem, quemadmodum Christianorum mutua concordia accidentale quipiam est. Quin potius haec est summa verborum Domini: quemadmodum ego & tu pater unum sumus per essentiam: sic largire, ut & discipuli mei in suo genere, mensura & modo sint unum, pia videlicet animorum consensione. Sicut in allegatis exemplis eodem modo hortatur Spiritus sanctus, ut quemadmodum pater perfectus est, purus est, iustus est per essentiam: sic p[ro]p[ter] sua quadam perfectione, puritate iustitiaq[ue] (ea vero accidentaliter, cuiusmodi in creaturam cadit) aliquo modo representent imaginem patris sui, qui in cœlis est.



Dixisti

Dixisti, Deitatem Christi probari etiam
à proprietatibus eius hypostaticis: quæro
igitur, quæ sint illæ proprietates
personales seu hypo-
staticæ?

Vna quidem est, quam sibi planè singula-
rem obtinet, videlicet, quod solus ipse ab æter-
no dignatur. Altera quam cum patre com-
munem habet, quod videlicet una cum patre
consustantiam & coeternum sibi Spiritum
producit.

Quomodo ab æterna generatione
probatur Deitas illius?

Multis sanè modis. Primo quidem quod
sic concludere licet: Filius dignatur à patre. Er-
gò per hanc ineffabilem generationem non
sicut siue essentiam sortitur à patris substam-
ta diuersum. Ratio consequentia est, quia hanc
essentia diuinæ distractionem purissima ipsius
simplicitas absolute respuit. Consequitur er-
go, ut filius à patre genitus eiusdem & sic non
egrediatur, sed intra illam permanens eadem
omnino Deitatis & sic Deus sit, quā & pater
Deus est.

Hinc

Verūm



Verum dicuntur & Angeli filij Dei,

Iob.38. necnon sancti & fi-
deles, Rom.8.

Ingens vero diuersitas est inter creaturas
rationales illas, angelos & homines, qui par-
tim ex creatione, partim ex adoptionis gratia
dicuntur filij Dei non generati a Deo intra si-
num essentiae Dei, sed extra ipsum & oīcū con-
diti, & in gratiam adoptati. Alia porrō ratio
est eterni λόγου, qui natura est filius Dei pa-
tris, in ipsis sinu ab omni eternitate genitus.
Quia quidem in re non habet aut agnoscit ul-
los vel fratres vel consortes. Quamobrem &
propter eum seu unigenitus a patre dicitur, Ioan.
1. Et Epistola ad Hebreos nomen illud filij Dei
eo (quo Christo competit) sensu angelis hand-
quaquam conuenire docet. Tanto, inquiens,
præstantior factus Angelis, quanto excellen-
tius nomen præillis est sortitus. Nam cui di-
xit unquam Angelorum: Filius meus es tu:
Ego hodie genui te? Vbi Spiritus sanctus sole
clarus illum eternum λόγον in filiatione toto
genere secesserit ab omnibus cælorum Angelis.
Qui icti filij DEI alias sub prius explicata si-
gnificatione generaliore dicantur: tamen sub-

G limi



limi ista ratione nomen augustum illud eis
haudquaquam adscribi perhibet. Siquidem
solus filius à solo patre genitus: Angeli ve-
rò non geniti, sed creati sunt, & quidem non
à solo patre, sed à tota Trinitate. Atque
hæc etiam est causa, quod hic solus & unicus
Filius dicitur ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χα-
ρακτὴρ τῆς ὑποστολῆς πατέρος, quod diui-
nitas, potentia, sapientia, bonitas, &c. patris,
absolutissima perfectione in æterna Filii
ὑποστολῇ resulgeat.

Et quidem cum homo filium gignens, eun-
dem gignat hominē, eiusdem scilicet naturae,
tametsi propter materie concretionem pecu-
liari essentia distinctum: quis hanc laudem de-
rogabit Deo patri? aut tam erit vel blasphemus,
vel absonus, ut cum patrem fateatur na-
tura esse Deum, nihilominus eum, qui ex ipso
generatur, Deum non esse, sed plane alterius
naturae & speciei existimet? Haud aliter, ac si
natura patris in generando aberrasset, ut eius-
dem naturae sibi simile producere non potue-
rit. Quam extrema imperfectionis notam at-
tribuere absolutissima illi generationi diuinae,
piaculum foret. Aut ergo Christus, tanquam
vnige-



vnigenitus Dei Filius, erit verus Deus: aut si
 verus Deus non est, sequitur nec patrem illius
 verum Deum existere: quippe quod Filius na-
 turali lege generationis non sit diversus à ge-
 neratore suo Naturae. Quapropter & Inde
 cùm audirent aliquando Christum nominan-
 tem Deum, suum patrem: protinus intelligunt,
 ipsum hoc velle, quod sit eiusdem cum patre suo
 Naturae, adeoq; verus Deus. Ideò quærebant il- Joan. 5.
 lum interficere, quod non modo soluisset sab-
 batum, sed & patrem suum dixisset Deum,
 æqualem se faciens Deo, Iean. 5.

Quomodo verò ex processione Spiritus
 sancti à filio, probatur filij
 æterna Deitas?

Hoc modo: Absurdum est, Spiritum san-
 ctum (quod verum Deum esse paulo post confir-
 mabimus) procedere ex eo, qui verus Deus non
 sit. At qui procedit à filio: quod itidem demon-
 strabitur infra. Ergo per irrefutabilem conse-
 quentiam infertur, filium, qui spirat omnipo-
 tentem illum Spiritum, verum Deum esse o-
 portere.

Supersunt' ne alia quoq; argumenta di-
uinitatis Christi?

Omnino. Nam primò quidem illud, quod
dicitur æqualis Deo, Philip. 2. Hinc ista nobis
emergit demonstratio: Qui Deo patri æqualis
est, is sine omni dubitatione verus est Deus. At
filius est Deo patri æqualis, Philip. 2. Ergo ipse
quog; verus Deus sit, necesse est.

**Quomodo æqualis sit patri filius, cùm fi-
lius ipse dicat, Ioan. 14. Pater ma-
ior me est?**

*Æqualem esse patri filium, testis omni ex-
ceptione maior est nobis Apostolus Paulus,
in dicto modo citato, Philip. 2. quemadmodum
& Christus ipse, qui Iudeis ait: Ego & pater
unum sumus. Quare illud Christi (pater ma-
ior me est) sic explicandum fuerit, ne Christus
cum Apostolo Paulo imò secum ipse commit-
tatur. Ex Symbolo itaq; diui Athanasii sic di-
stinguendo respondemus: Æqualis patri, se-
cundum diuinitatem; minor patre secundum
humanitatem. Quanquam enim humana
Christi natura ad Dei dextram euecta &
colocata est: manet tamen ratione essentiae & na-
tura*



tur. in eternum minor patre, quia in Deitatem nunquam transit, & in diuinissima sua maiestate nunquam eō assurgit, ut in ipsam omnipotentiam, sapientiam, &c. commutetur, licet omnipotentiæ sapientiæq; Verbi personali participatione νοιωνός euadat. Proinde minor patre est & manet secundum humanitatem, etiā in illa omnipotentia dextra. Et de Natura sua humana loqui Christū, textu verborum eius satis edocemur, qui sic habet: Vado ad patrem, quia pater maior me est. Certum autem est, quod ad patrem venerit non Deitate sua, iuxta quam ē sinu patris nunquam recessit, sed humanitate. Adhac manifeste Christus de se ait, quatenus in illo humilitatis statu miserijs & passionibus expositus erat. Dicit enim: si diligenteris me, gauderetis utiq;, quod dixerim: vado ad patrem, quia pater maior me est: quasi dicat: debebatis mihi gratulari, quod in meo illo transitu perueniam ad patrem quippe maiorem & beatiorem, quam ego sum, qui tot ærumnis & calamitatibus in hoc mundo sum expositus.

DE S. TRINITATE,
 Progredere ad Diuinitatis λόγος argu-
 menta reliqua, quae dixisti ab essen-
 tialibus proprietatibus
 desumi?

*Vt in ijs euoluendis quodam ordine progre-
 diar, opera pretium est, præmittere demon-
 strationem hanc, quam parit nobis idioma-
 tum Dei abstractis vocibus enunciatorum de
 Christo prædicatio. Quare hunc in modum ra-
 tiocinamur: qui non tantum in concreto po-
 tens, sapiens, viuus & verax est, sed ipsa poten-
 tia, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa vita: si citra
 controuersiam est verus Deus. Christus seu λό-
 γος est non modo sapiens, potens, &c. sed ipsa
 met sapientia, Proverbiorum octauo, 1. Corint.
 primo, ipsa potentia Dei patris, 1. Corinth. pri-
 mo, ipsa met vita, Ioan. 1. & 1. Joannis primo &
 s. ipsa met veritas, Ioan. 14. Ergo sequitur irre-
 futabiliter, λόγος seu unigenitum Dei filium,
 verum esse Deum, cui soli hoc competit, ut ef-
 sentia eius cum sua potentia, sapien-
 tia, vita & veritate con-
 uertatur.*



Ab

Ab æternitatis proprio quî stabili-
tur diuina filij natura?

Solus Deus est ab æterno. Christus est ab æ-
terno. Deus igitur. Minor probatur ex na-
ture relatinorum, quæ se mutuo ponunt, hunc
in modum: Pater ab æterno fuit Pater. Ergo
ab æterno genuit filium. Si enim filius ab æter-
no genitus non esset sequeretur, quod nec Pa-
ter fuisset ab æterno Pater, sed aliquando cœ-
pisset esse Pater, & sic in sua & oīc. & hypostasi
insignem mutationem (quæ in Deum non ca-
dit) esset passus, hoc est, Deus in se ipso cœpisset
aliquid fieri, quod ab æternitate nō fuisset. Hoc
vero cum sit à pietate prorsus alienū, & diuinis
literis è diametro contrarium, quæ Deum non
mutari, nec apud ipsum ullam esse mutationē
vel conuersionis obumbrationem clarissimè
testantur: conficitur hinc, filium ab æterno esse
genitum, & proinde verum naturalemq;
Deum.

Idem' ne testantur Prophetæ &
Apostli?

Omnino. Quid enim aliud Psaltes regius
vult, quando filiu Dei hodie genitū refert? illud

G 4 hodie

Psal. 2.

hodie enim eternitati respondet, quod apud Deum nec heri sit, nec cras, hoc est, nec preteritum, nec futurum: sed aeternum quoddam perpetuog^z manens hodie, sine ullis temporum interuallis, que apud principium illud principiorum non dominantur. Sic Esaias Christum

Esa. 9.

patrem aeternitatis vocat. Qui titulus esset de nihilo, nisi filius ipse aeternus esset. Sic Micheas de Messia in Bethlehem nascituro

Mich. 5

scribit: Cuius egressus ab initio, à diebus aeternitatis. Cum his ad unguem consentiunt Apostoli. Ioannes quidem, cùm scribit: In principio erat verbum: & rursum: Hoc (verbum) erat in principio apud Deum, quæ aeternitatis minimè obscura periphrasis est. Et Ioannis 17. ait Christus, glorificame, pater, gloria, quam habui, antequam hic mundus esset. Quam itidem esse notationem aeternitatis ex similibus scripturæ locis appareat. Hinc per Melchisedecum scribitur adumbratus, quod neg_s initium dierum neg_s finem vita habeat, Heb. 7. Hinc Ioannes in prima Canonica epistola scribit, λόγον suisse ab initio. Illud (ab initio) autem interpretatur Micheas expressè de aeternitate, cùm haec tanquam irodūva posuit & coniungit: cuius egressus

Q V A E S T . & R E S P O N S . 205

egressus ab initio, & addit: à diebus aeternitatis. Ideoq; idem Ioannes λόγον aliquoties ipsam vitā A E T E R N A M nominat, veluti i. epist.
1. & s. ut simus in vero, in filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus & vita eterna. At vero quomodo λόγος esset vita eterna, nisi ipse aeternus, adeoq; ab aeterno existeret? Et qui a per illum uniuersa condita leguntur, ita ut nihil omnium, que facta sunt, sine ipso sint facta: Palam est, ipsum inter res conditas numerari non posse. Nisi quis absurdissime dicat & impiat, quod λόγος sui sui sit conditor. Quā primum vero è creaturarum vulgo eximitur: protinus aeternus Deus esse intelligitur. Sicut rursus profitetur, Apoc. 2. Ego sum primus & nouissimus, & viuis, & fui mortuus. Quod si primus est: alium profectò tempore priorem non agnoscat: quamobrem coeternus patri Spirituq; sancto credendus fuerit.

At Prou. 8. clamat sapiētia Dei, quæ Paulo teste, est Christus: Deus creauit me principio viæ suæ? Si creatus est λόγos: non vtiq; ab aeterno est?

Ad hoc ex Hebreo textu breuiter respon-
G s detur,

detur, legi eo loci non verbū בָּרָא sed קָנָה
possedit me. Quod latīnæ translationis vitium
eternitati Christi nihil præiudicat.

Sed & Col. 1. dicitur, quòd Christus sit
primogenitus omnis creaturæ. Ex
quo colligunt Ariani, ipsum
in creaturarū classem
de trudi?

Rursum ex textu solidissimè confutatur
blasphema hec illorum obiectio. Primo enim
Apostolus ipsum non ὥρωτόν πιον, seuprimo
creatum aut cōditum, sed ὥρωτόν πον, primo-
genitum, appellat: ut sensus Apostoli non sit
ullus altius, quām quòd Christus genitus sit ante
omnem creaturam. Adhac quod ibidem
immediatè subiicitur: ipse est primogenitus
uniuersæ creaturæ, quod per illum creata sint
omnia, quæ in cœlis sunt & quæ in terra, visi-
bilia & inuisibilia, &c. corruptelam Arianam
prorsus in lutum cōculat & proterit. Si enim
omnia, quæcung, vel in cœlis vel in terra sunt,
sive visibilia illa sint, sive inuisibilia per λόγον
sunt condita, neg, hinc quicquam omnium
creaturarum eximitur, nonne si ipsem quog.
λόγος

*λόγος conditus dicatur & creaturis annume-
retur seipsum considerit, oportet? Quod quām
sit absurdū, nemo est, qui non intelligat. Quo-
modo enim id, quod nondum conditum est, nec
adhuc existit, potest agere, & quidem omnipo-
tenter agere, hoc est, semetipsum condere, & à
non esse ad esse perducere? Et quia totus ille lo-
cūs Paulinus Col. i. hoc agit, ut Christi Deita-
tem illustrat (ideo enim imaginem Dei incon-
spicui, ideo primogenitum ante omnes creatu-
ras vocat, ideo creationem omnium ei assi-
gnat) ipse certè scopus Apostoli deprauatio-
nem istam Arianam refellit.*

**Ex omnipotentiae idiomate quomodo
Deitas Christi asseritur?**

*Omnipotentia est idioma soli Deo competēs.
Filio Dei tribuitur omnipotentia. Ergo verus
Deus sit oportet. Minorem propositionem con-
firmat nobis primo, Apocalypsis Ioannis cap.
1. ubi sic legitur: Ego sum α & ω, principiū &
finis, dicit Dominus, qui est, & qui erat, & qui
venturus est OMNIPOTENS. Vbi adie-
cta notatio (qui venturus est) ad Christum ve-
nientem in indicio suo digitum intendit, sicut
in ver-*

DE S. TRINITATE,
*in verbis immediatè precedentibus dixerat
 Ioannes: Ecce venit cum nubibus, & videbit
 eum omnis oculus, & qui illum compunxe-
 runt. Hunc ergo, qui ita venturus est, nempe
 Christum, clara & sonora voce omnipotentem
 dicit. Idem euincunt opera omnipotentie, quæ
 illi tribuuntur, putà, quòd per ipsum tanquam
 omnipotens verbum dextramq; patris omnia
 sunt condita, Ioan. i. Col. i. Hebr. i. quod omnia
 fert τῷ ρήματι τῆς δύναμεως αὐτοῦ, verbo seu
 nutu potentia sue, Heb. i. quod miracula facit
 potentiam sibi naturaliter propria, ut hinc co-
 gnoscatur & credatur, quòd sit in patre & pa-
 ter in ipso, Ioannis 10. hoc est, quòd sit unius
 cum patre essentia & potentia. De quibus ope-
 ribus paulo post dicentur plura.*

Dicunt autem Caluinistæ, hoc argumentum
 Deitatis Christi confodi à nobis per doctrinam
 de reali communicatione idiomatum. Nam si
 quod λόγος omnipotens est, Deus esse iudica-
 tur: authumanitas Christi quoque Deus erit, si
 omnipotens sit, aut si de humana Christi natu-
 ra hoc non sequitur, nec λόγος Deitas ex
 omnipotenti idiomate po-
 terit astrui?

Quod



Quod eterni λόγος Deitas aſtruitur ex omnipotentiæ attributo, id hinc fit, quia per naturam est omnipotens. Et niſi per naturam seu naturali ſua vi & proprietate omnipotens eſſet, non eſſet utiq; per naturam Deus. Humana verò Christinaturi, quia non per eſſentiam omnipotens eſt, ſed per unionis gratiam personaliter omnipotentiæ λόγος fit particeps, maniſtum eſt, idem de illa quod de λόγῳ, conclu- di non poſſe. Proinde conſiſtit utraq; argumen- tatio, qua & λόγος probatur eſſe naturā Deum & carnem aſſumptam Christi naturā Deum non eſſe concluditur, hunc in modum: Quic- quid per naturam seu naturali ſua proprietate omnipotens eſt, id Deus eſt. Λόγος naturali ſua proprietate ſeu vi propriæ ſua nature eſt omni- potens. Ergo naturā Deus eſt. Econtra: Quic- quid non eſt naturā ſeu conditione naturali ſua, omnipotens: id non eſt per eſſentiam Deus. Humanitas Christi Saluatoris non eſt naturā ſeu naturali ſua proprietate omnipotens, ſed duntaxat vi unionis participat omnipoten- tiam, atq; ſic propter aliam quandam Naturam ſibi personaliter unitam. Imposſibile igi- tur



tur est, ut iuste nobis imputari posse, quod Christi humanitatē faciamus naturā Deum.

Sic etiam ex vivificationis idiomate, ex adorationis attributo, ex visanctificationis, ex virtute purificandi à peccatis, argumenta solida, vera, certa petūtur, & indubitate demonst̄ationes extruuntur, ad afferendam τῷ λόγῳ Deitatem: ac nihilominus eadem illa humanitati Christi apertissimè tributa in sacris literis, non efficiunt illam Deum, nec in Deitatis naturam conuertunt eam: propter diuersissimum attributionis prædicationisq; modum. Et ut obiectionis illius omnes nerui inciduntur: Placet illam preter modo datas c̄r̄atōis hactenque etiam infringere. Quod Christus Ioannis 6. capit. ait: Ego sum panis vita: recte hinc afferuerunt scriptores ecclesiastici, Christum esse verum Deum. Ergo ne licebit ad Calvinistarum modum ineptire, si hinc afferatur τῷ λόγῳ Deitas, non posse nec debere ullaratione idem illud attributum conferri in humanam Salvatoris naturam? Nonne igitur obelo notabunt affirmatum Christi, quo idem illud de carne quoq; sua pronunciat? Nam ut prius dixerat de sé, tanquam de persona: Ego sum

sum panis vita: Sic paulò post non dubitat affirmare: Panis quem ego dabo vobis, caro mea est. Et mox: Caro mea verè est cibus. Si ergò hic necessariò ea adhibenda distinctio est, ut persona λόγος dicatur panis vita per se natura-
lig. sua virtute, ideoq; Deus: Caro assumpta ve-
ronon per se, neq; vi quadam nativa, sed per u-
nionem, quamobrem nec in Deitatem versa
creditur: quidni de omnipotentiæ attributo
idem iudicandum fuerit?

Sed dicunt illi, hanc distinctionem
recens à nobis excogi-
tatum?

Afferant ergò, si possunt, distinctionē aliam:
qua λόγος sit panis vita, & qua caro λόγος pa-
nis vita prædicetur à Christo: Et, si ita illis vi-
debitur, Apostoli Pauli autoritatem conuel-
lant, qui circa attributum adorationis, Chri-
stum, quā Deus est, naturā profitetur benevoli-
ctum & adorandum in secula. Nec tamen hoc
Deitatis Christi χριτήριον ab adoratione sum-
ptum eneruat, quando Christo iuxta exalta-
tam quoq; Naturam hoc per gratiam datum,
seu (ut habet vis græca vocis ξαείσ απο) dona-
tum.

Rom. 9.

tum pronunciat, ut adoretur, ab omni crea-
tura. Quin hac distinctione & super hanc ex-
tracta solutione propositi obiectinegata, Cal-
viniani ipsos quoque patres de ponte, quod
aiunt, deijcient. Etenim Cyrilus lib. 8. thesauri
cap. i. hanc ad unguem distinctionem usurpat,
dicens: ut homo igitur PER GRATIAM
a Deitate accipit, que ut Deus NATVRA-
LITER habet. Et lib. 4. in Iohannem cap. 24.
Quando viuificam appellat carnem suam, non
ita illi, ut sibi siue proprio Spiritui, vim viuifi-
candi attribuit. Nam PROPTER SE-
IPSVM Spiritus viuificat: ad cuius virtutem
caro per VNIONEM conscendit. Hac Cy-
rillus. Eadem usi distinctione dicimus & nos:
Non ita humanitati saluatoris, ut λόγος,
omnipotentiam tribuimus. PROPTER
SEIPSVM enim λόγος omnipotēs est (ideoq;
DEVS) ad cuius omnipotentia virtutem na-
turā Christi Humana PER VNIONEM
conscendit, & per gratiam hoc habet,
& non per naturam, ideoq; nec
per naturam illa
Deus est.

Sed



Sed quo pacto omnipotens credatur filius, cùm ipsem dicat: Non posse filium à se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem?

Attendendus est verborum Christi scopus. Disputatio erat inter ipsum & Iudeos, ánnē ex D E O esset opus, quod sabbato fecerat, curando hominem paralyticum? Iudei hoc non solum negabant verbis: sed etiam querebant illum occidere, maximè, cùm Christus asserebat, se in hoc diuino miraculo cooperatorem habere Deum patrem suum. Quo magis accensi impensis hoc agebant, ut illum è medio tollerent: quippe qui non modo solueret sabbatum, sed Deum quoq; diceret patrem suum. Christus econtra suum factum sic defendit & sic penitus ad patrem authorem refert, ut expresse confirmet, non posse se à semetipso quicquam facere, nisi & pater idem illud faciat: propter unitatem scilicet essentiae hoc afferens, & propter indiuisam communionem omnipotentis illius virtutis facientis miracula. Tantum enim abest, ut saluator suam Deitatem euer-

H tat

tat isto dicto, ut multò magis suæ & patris es-
sentiæ potentiaq; unitatem hinc stabiliat, ob-
quam fieri non possit, ut filius in creaturis ope-
retur, nisi simul cooperetur & pater, & econ-
tra. Et quod hec vera sit interpretatio verbo-
rum Domini, quæ sequuntur ibi, sat is dilucide
testantur. Quæ sic a prioribus illis dependent:
Non potest filius à se facere quicquam, nisi
quid viderit patrem facientem: quæcumque
enim ille fecerit, hæc itidem & filius facit.
Et mox: Sicut pater suscitat mortuos, ita &
filius quos vult vivificat: ostendens videlicet,
virtutem illam faciendi opera diuina non mi-
nus suam esse, quam patris. Interim tamen si
non a se operari diuina, sed ratione personalis
originis habere hoc à patre per æternam gene-
rationem, phrasí, qua utitur, explanat: Ni-
hilominus autem hanc potentiam habere per
se secundum se & in se, essentialiter: sicut hoc
ipso capite Ioannis 5. declarat Christus: quem
admodum pater habet vitam in semetipso: sic
dedit & filio (per generationem) habere vi-
tam in semetipso. Quod & author Epistole ad
Hebreos manifestè confirmat dicens, Christum
tñs aut̄s dñrā pñmam portare omnia.

Quibus



QVAEST. & RESPOND. 115

Quibus demonstrationibus institutum
tuum amplius confirmas, esse
Christum verum
Deum?

*Ab omnisciencie idiomate, quod omnia
tam Dei quam totius uniuersi nouit vi natu-
rae sua sapientia. Hinc ipsa patris sapientia
nominatur, Prover. 8. & 1. Cor. 1. Hinc omnia
nosse prædicatur, Ioan. 16. & 21. Hinc ipse met
ait: Nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius
voluerit reuelare.*

Atqui Marci 13. legitur: quod de die ac
tempore iudicij nemo nouerit, ne angeli
quidem, nec ipse filius: sed solus pater.

Quomodo ergo omniscius sit fi-
lius: si illum fugit hora
iudicij?

*De filio hoc dicitur non ratione Deitatis,
sed humanitatis, existentis tum in humiliatio-
nis sua statu seruili. Nam ne quidem secun-
dum humanitatem ignorat diem iudicij, po-
stequam ad dextram maiestatis consedit.*

H 2 Que



Quæ sessio ad dextram Dei, quia plenissimum
vsum diuinæ maiestatis complectitur, omnem
certè ignorantia infirmitatem penitus seclu-
dit. Ergo de filio iuxta carnem, eam verò hu-
miliatam, agit sententia ex Marco citata.
Neg^o, verò nos mouet vox Filij, ut de Deitate
acciendi putemus ea verba. Nam de Filio
Dei etiam scribitur ac creditur, quod nascatur
e virgine, quod patiatur, crucifigatur, moria-
tur, resurgat, ascendat in cœlos, &c. nec tamen
hinc conficitur, esse ista ad diuinam naturam
Filiij referenda, quæ suæ essentiæ respectu nihil
omnium horum subit aut sustinet. Sed neg^o, ex-
clusiva (SOLVS PATER) à cognitione dici
iudicij arcet Filium: sed illum, quā Deus est &
vnūcum cum patre, potius includit, planè ut su-
prā in loco Ioannis 17. ut cognoscant te solum
verum Deum, &c. nec Filius, nec Spiritus san-
ctus excluditur: Et in loco 1. Cor. 8. ubi dicitur
vnus esse Dominus, nempe Christus, similiter
non excluditur Pater & Spiritus sanctus.
Quemadmodum & saluator, Matth. II. asse-
rens, neminem nosse patrem, NISI filium, non
excludit ab huius maiestatis consortio Spir-
itum sanctum, de quo testatur Apostolus,
quod



quòd scrutetur omnia , etiam profunditates
Dei, ita quidem, ut quae in Deo sint , neminem
nosse assueret, præter Spiritum Dei.

Num verò scientiæ filij subiçtis cor-
dium quoq; humanorum
notitiam?

*Omnino quidem. Nam & hoc argumento
Deitas ipsius mirificè confirmatur. Quando-
quidem hoc diuine maiestatis attributum soli
sibi competere testatur Dominus , Ieremia 17.
ubi sic loquens introducitur : Fraudulentum
est cor & peruersum: quis cognoscet illud? Ego
Iehoua,scrutans renes & corda. Et 1.Reg.8. Per
exclusuam (SOLVS) ab hac virtute discu-
tiendi secretas cordium humanorum latebras
animorumq; cogitata , creaturas omnes extra
Deum positas longissimè arcet: cùm Salomon
rex in sua precatioне inquit inter cætera : Tu
nosti solus corda omnium filiorum hominum.
Cùm verò vis diuina hæc adscribatur Christo:
nónne euincit scripturarū collatio, ipsum Deum
esse? Ita enim, Apoc.2. dicit Filius Dei, scient
omnes Ecclesiæ, quòd ego sum ille, scrutans re-
nes & corda. Marci 2. Nquit ac videt cogita-*

H 3 tiones



tiones scribarum & Phariseorum. Et Iohannes secundo capite scribit de eo Iohannes Euangeliſta: Ipſe nouerat omnes, nec opus habebat, ut quisquam testaretur de homine. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Vnde ſequitur, eſſe illum verè Deum, immo hunc ipsum Iehouam, qui Solomone & Ieremia testibus, renes & corda perſcrutatur.

Cur ergo omniscienciarum laudem Naturam
assumptae quoque collatam statuis,
si ea soli Deo competit?

*Nihil hoc instituto nostro officit. Quem-
admodum enim illud Christi, dicentis: Ne-
mo bonus, nisi unus, nempe DEVS, non
secludit sanctissimam eius Humanitatem,
ne bona sit: sed tantum hanc gignit dif-
ferentiam, ut DEVS per Naturam sit
bonus, Humana CHRISTI Natura au-
tem in illius infinita bonitatis consortium
venerit.*

venerit per unionis gratiam. Et quia illud præconium Dei , quo SOLVS immortalitatem habere prædicatur , non tollit vel angelorum vel animarum nostrarum immortalitatem , nego hinc ita colligere licet : SOLVS Deus habet immortalitatem. Ergo Angelinon sunt immortales sed mortales : & animæ hominum non sunt immortales , sed mortales , ut Epicurei sentiunt : sed hoc tantum inde conficitur , quod DEVS solus per essentia suæ incommutabilitatem immortalis sit. Angeli verò animæ hominum per creationis gratiam : quanto minus licebit ex particula (SOLVS) argumentari aduersus sacrosanctam maiestatem exaltatæ Naturæ in CHRISTO humana? Sed hoc tantum inde sequitur , quod Natura humana Salvatoris non supremo illo cognitionis modo , quo DEVS , universa nōrit & intueatur. Siquidem DEVS per Naturam naturalēmque suam vim nouit omnia , se ipsum iantuendo & non quicquam aliud. Anima Christi verò non nisi per unionis gratiam , non seipsum intuendo , sed intuendo ἀλόγονον .

H 4 cuius



cuius essentiali luce & sapientia, Deitatisq;
 omni plenitudine personaliter inhabitante,
 ineffabiliter illustratur & perficitur. Hoc quod
 dicimus, alijs quoq; exemplis, que suprà atti-
 gimus, est manifestum. Sicut enim hæc enun-
 ciata (solus Deus est viuificus : solus Deus est
 adorandus : solus Deus efficaciter purgare po-
 test ab operibus peccatorum mortuis) non
 sunt eò usq; extendenda, ut caro Christi non sit
 viuifica, ut Christo homini non donetur ado-
 rationis maiestas, & ut sanguis Christi non
 valeat ad purgandum ab operibus mortuis
 (ita namq; è diametro contradiceretur scri-
 pturarum testimonii, Ioannis 6. Philip. 2. &
 Heb. 9. ubi hec de carne & sanguine Christi
 disertissimè leguntur) sed tantum hanc faci-
 unt distinctionem, ut Deus solus per naturam:
 Christi verò caro & sanguis per unionem hy-
 postaticam hoc possideat: sic etiam locus scriptu-
 ræ, qui Deo S O L I cordiū cognitionē tribuit,
 non excludit animam Christi, quæ cum Deo
 cordium scrutatore unum est υφιστάμενος, sed
 duntaxat docet per naturam non competere
 hoc animæ humanae Christi, sed soli & unico
 Deo.

An'ne



An' ne etiam ab infinitate essentiae aſtrui-
tur Christi Deitas?

Omnino. Cum enim non nisi unum posse
esse & & & & & & infinitum, nempe D E V S : λόγος
autem & & & & & infinitus & per essentiae in-
finitatem omnipræsens sit, consequitur, λόγος
eternum esse & omnipotentem Dcūm. Quod
autē sit infinita natura seu essentia, multis ar-
gumentis obtineri potest, quorū pauca dunt a-
xat delibare visum est. Primo, quia Deitate sua
est in patre, immo in sinu patris, & pater in illo,
Ioannis i. 10. & 14. Quoniam ergo nullibi à pa-
tre abest, sed præsentia summo gradu, qui &
οὐδεὶς ἐστιν in patre est: infinita essentia illum,
ut & patrem esse liquet.

Deinde diuus Apostolus scribit, per filium
Dei omnia esse condita, & in illo omnia consi-
stere. Quod idem est cum eo, quod de Dei inſini-
tate, act. 17. pronūciat: In illo ſumus, viuimus,
& mouemur. Tertio, quia nutu potentiae ſuæ o-
mnia portare ſcribitur, id vero non absens fa-
cit (ſiquidem virtus eius ſuſtentans res, non eſt
abſtractum quid ab & & & Deitatis verbi, ſicut
radix ſolares a corpore ſolis, ſed cum eſſentia eius
ſimpliciſſime unum quid) rurſum hinc inſini-

H s t a s

tas naturæ ipsius eiusdemq; Deitas effulget.
 Quartò λόγος est dextra patris. Hæc autem
 ita est omnipræsens, ut David Psalmocentesi-
 mo trigesimo nono asseueret, se præsentiam
 eius effugere non posse, si vel ad ultimos usque
 terminos maris se proripiatur. Ergo. Quin tota
 doctrina de omnipræsencia Christi, quā homo
 est, dicit luculentum testimonium de infinita
 Verbi essentia præsenciaq;. Nam quod Christus
 ait: Vbi duo vel tres congregati sunt in meo no-
 mine, sum in medio illorū: quod rursum dicit:
 Ecce sum vobis cum usq; ad consummationē se-
 culi: Et quod de illo iuxta resuscitatam & ex-
 altatam naturam scribitur, ipsum omnia in
 omnibus implere: quod ideo ascendisse memo-
 ratur supra omnes cælos, ut omnia impleret:
 hoc totum originaliter homo Christus habet
 ex infinite Deitatis sibi personaliter unitæ.
 Nisi enim infinitus ille λόγος incarnatus esset,
 suamq; carnem intima præsentia planè adia-
 çtos sibi haberet unitam: nunquam
 profecto caro in huius gloriae par-
 ticipationem peruenire
 valuisse.

Num

Num & cultus soli Deo competens con-
fertur in filium, indeq; Deum ipsum
esse probare potes?

Possim sanè, hac indubitata demonstratio-
ne: Solus Deus est adorandus. Filius unigeni-
tus adoratur religiose. Ergo D E V S sit oportet.
Maior patet ex Deuter. 6. & Matth. 4.
Dominum Deum tuum adorabis, & illum so-
lum coles. Vbi tamen semper obseruandum est,
exclusiva illa (S O L V M) non sequestrari car-
nem Domini à personali nivis & huius gloria:
sed incōcussam manere antiquitatis regulam:
Quod habet ut Deus per naturam, id habet ut
homo per gratiam. Sicut certè datum est exal-
tatione naturæ in Christo, ut religiose colatur ab
omni creatura, iuxta indubitatum illud Phil.
2. exaltato, D O N A V I T ei nomen, quod est
supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne
genus flectatur, celestium, terrestrium, & infero-
rum. Vbi illud χαρέσθ, quod propriè donari
seu per gratiam conferri significat, ad diui-
nam filij nauram minimè pertinet, quippe que
per naturam hoc aeternaliter obtinet ac possi-
det: sed omnino ad Iesum Christum ratione
assumpta & in dextram Dei exaltata huma-
nitatis

DE S. TRINITATE,
 nitatis refertur, quemadmodum ibi totus est
 in explicanda Maiestate, quæ Christo per ex-
 altationem illam obuenit. Neque tribuendo
 hunc cultum naturæ assumptæ, ab alienatur ille
 à solo Deo: sed manet Deo soli & unius saluus &
 integer. Qui enim naturâ adorabilis est secun-
 dum Deitatem, idem ille Deus & non aliis fa-
 cetus est adorabilis iuxta humanitatem per u-
 nionem, & ab hac dependentem sessionem à
 dextris Dei.

Ego verò peto mihi probari minorem
 syllogismi, videlicet scripturam tri-
 buere λόγῳ hunc cultum,
 quod adoretur & in-
 uocetur?

Cape ergo huius rei testimonia, quæ sequun-
 tur. Psalmo 97. de Messia canit David: Ado-
 rate eum omnes angeli eius. Atq[ue] hoc dictum
 ad Christum pertinere, grauis autor est episto-
 la ad Hebreos, quæ primo capite ex hoc testi-
 monio Psalmi probat aeternam Christi Diuini-
 tatem, atq[ue] hæc ad Dei angelos dici perhibet, ut
 adorent illum, quando primogenitus ille per
 incarnationem introducitur in orbem terra-
 rum,

rum, ut constaret etiam id, quod ex virginē as-
 sumpsit, in communienem huius adorandæ
 maiestatis esse intromissum, idq; adeò hinc,
 quia cū vero naturali q; Deo personaliter uni-
 tum sit. Sic quoq; Psalmo 72. de venturo Mes-
 sia tractans Spiritus sanctus, disertè sic vati-
 cinatur: adorabunt eum omnes reges terræ,
 omnes gentes seruient ei. Esiae 6. Beati Angeli
 supremo adorationis honore illum prosequun-
 tur & glorificant, acclamando eī: Sanctus, san-
 ctus, sanctus Dominus Deus exercituū. Quod
 ad Messiam spectare probatum suprà est ex
 interpretatione Ioannis Euangelistæ, affir-
 mantis prophetam in ea visione vidisse Christi
 gloriam, & de hoc esse locutū. Hoc ipsum Esaias
 confirmat capite undecimo, isthic loci sermo-
 nem instituens de virga & surculo Isai, super
 quem Domini Spiritus requieturus sit, mani-
 festè addit: Stabit radix Iesse & qui exurget
 ad imperandum gentibus: in eō gentes spa-
 bunt (ita enim ex Esaiacitat locū illum) Apo-
 stolus Paulus, Rom. 15.) Testimonia plura pro-
 ferri possent ex veteris Testamenti scriptura.
 Breuitatis causa allegare placuit illustriora
 tantum. In novo Testamento adorant illum

Magi



Magi orientales. Omnen salutis sue spem
vero cultu ponit ac figit in eo Simeon, Luc. 2.
Supplici voce inuocabant illum, quotquot opem
eius expetebant. Et quia beneficia ab illo pete-
bant in miraculosis curationibus morborum,
quaे non nisi à diuina virtute profici poter-
rant: palam est, quod non politico honore, sed
cultu verè diuino ei deseruerint. Idq; sic inter-
pretatur ipse Saluator, Ioannis 5. dicens: Neg;
enim pater iudicat quenquam: sed omne iudi-
cium dedit filio, ut omnes honorent filium, si-
cut honorant patrem.

Sic Ioan. 9. adoratur ab eo, qui à primana-
tuitate cæcus existens illius beneficio visum
recepérat. Quæ adoratio, quia cum cordis fi-
ducia coniuncta erat, quarente Christo: Tu
credis in filium Dei? & respondentē cæco: Cre-
do Domine: euidenter apparet, religiosissimam
illam fuisse. Quemadmodum etiam ea, qua
venerantur illum homines in nau, adorando
illum, ac dicēdo: Verè Dei filius es. Et Thomas:
Dominus meus & Deus meus, Ioan. vigesimo.
Sic Stephanus Actorum septimo, inuocat il-
lum, inquietis: Domine Iesu, suscipe Spiritum
meum. Et Actorum nono, dicit Ananias
ad



RESPONS. & QVAEST. 127

ad Dominum Iesum de Saulo: Habet potestam ligandi omnes, qui invocat nomen tuum. Preterea i. Corinthiorum primo, scribit Apostolus: Vnacum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in quouis loco, vel suo vel nostro. Philip. secundo, habetur ille insignis locus de adorationis gloria data Christo. Et Apocalyp. quinto, clamat omnis creatura, quæ in cælo est, & quæ in terra, & quæ sub terra, & quæ in mari: Sedenti in throno, & Agno, benedictio & claritas, & honor, & potestas in secula seculorum.

Visus es suprà dicere, Diuinitatem Christi patere etiam ex operibus eius,

Hoc expeditum reddi
peruelim?

Opus creationis rerum solius esse diuinæ maiestatis opus, apud Esaiam Dominus liquido profitetur, ca. 44. Et repetitur id Ieremias 10. his verbis: Dixi, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ sub cœlo sunt. Hoc diuinæ potentiae opus sancti Prophetæ & Apostoli tribuunt Filio. Moses quidem, dum in descri-



describenda creatione mudi Deum DICEN-
BO condidisse omnia: a commemorat. David au-

Psal. 33. tem, quando hoc ipsum ex Mōse repetens, ca-
Joan. 1. nit, V E R B O Domini cœlos esse firmato:

Quod verbum esse Filium Dei, Iohannes lucu-
lenta expositione declarat, scribens, per Ver-
bum (quod in temporis plenitudine carnem
factum ait) omnia esse facta, & sine eo factum
esse nihil, quod factum est. Sic illud Psalimi 101.
Initio, Domine, terram fundasti, & opera ma-
nuum tuarum sunt cœli: Epistola ad Hebreos
capite primo ad Christum apertè refert. Iohan-
nis 1. non obscurè dicitur, per λόγον omnia esse
facta. Idq; mox sic repetitur: In mundo erat, &
mundus per ipsum factus est. Eph. 3. Deus uni-
uersa condidit per Iesum Christum. Et Colos. 1.
dicitur: Ipse est imago Dei inconspicui, primo-
genitus uniuersæ creature, quod per illum crea-
ta sunt omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra,
visibilia & inuisibilia, &c. Sic Heb. 1. No-
uissimè locutus est nobis Deus per Filium, per
quem & secula fecit. Quod Heb. 3. repetitur
hinc verbis: Tanto maiore gloria, quam Mo-
ses, dignus habitus est Christus, quanto maio-
rem habet honorem is, qui construxit domum,

quam

quām ipsa domus. Quoniam ergo tot tamq;
perspicuis testimonijs creatio rerum Christo
authoris assignatur, eadem operâ Deitas ipsius
quām potentissimè astruitur.

Num quæ sunt alia opera , quibus
Christo Deitatis virtutem
gloriamq; afferas?

Conservatio, sustentatio, & gubernatio to-
tius vniuersi, non minus est Deitatis opus ac
creatio. Quamobrem Deus apud Prophetas.
Esiam maximè , ex administratione mundi
rerumq; conseruatione & gubernatione dicit
argumēta seu demonstrationes ad euincendam
Deitatem suam. Hæc porrò sustentatio re-
rum, quia unigenito Verbo competit (iuxta illud:
Pater meus operatur usq; modo, & ego ope-
rator. Ac rursum: Qui est splendor gloriae, &
expressa imago substantiae illius, moderaturq;
omnia verbo (seu nutu) potentiae sue, Heb. i.)
firmiter inde concluditur , esse illum verum
Deum.

De miraculis quidais? an ex ijs quoq; de-
monstratur saluatoris no-
stri Deitas?

Christus ipse vult hinc agnosciri verus Deus,
I qui

qui indiuisam cum Patre nouovicar habeat eiusdem in edendis miraculis potentie.

Quæstio inciderat Iohannis quinto capite, annè Christus rectè faceret, Deum dicendo Patrem suum. Iudei hinc accusabant eum, quòd ficeret sèmet ipsum àequalē Deo, & hac de causa quærebant illum interficere. Jesus ergo hanc quæstionem expeditam reddit, ab operibus demonstrando se verè esse Dei patris Filium, Patrīg, àequalē, dicendo: Quæcunq, facit Pater, hæc itidem & Filius facit. Et sicut Pater suscitat mortuos, ita & Filius, quos vult viuiscat. Iohannis 10. renouatur hæc controversia. Etenim cùm dixisset Christus: Ego & pater unum sumus: ad hanc vocem ceu blasphemiam protinus incandescunt Iudei & lapidibus eam vindicandam existimant, quia (inquit) tu homocùm sis, facis te ipsum Deum. Ibi Christus affirmati sui veritatem rursum ex miraculosis operibus sancit & confirmat, dicens: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Sin vero facio, et si mihi non credatis, operibus credite, ut creditis quòd ego in Patre sum, & Pater in me. Parimodo suam Deitatem



Deitatem & cum Patre in essentia unitatem demonstrat discipulis, atque in primis Philippo. Quando illud, quod dixerat: qui videt me, videt & Patrem meum, comprobaturus, itidem ad opera sua miraculosa prouocat, totidem penes syllabis, ut antea indecis, respondens illis: Credite mihi, quod ego in Patre sum, & Pater in me: si minus, propter ipsa facta credite mihi. Ideo Ioannes Euangelista quae descripsit miracula Christi in eam finem scripta confirmat, ut credamus, quod Iesus sit Christus Filius Dei, Ioannis capite vigesimo. Ex his enim factis ipsi quoque Apostoli perspicerunt gloriam eius, gloriam velut unigeniti à Patre, Ioannis 1. quandoquidem ijs operibus, signis & prodigijs suam propriam gloriam manifestasse rursum scribitur, Ioan. 2.

Resurrectio mortuorum haud dubiè est opus solius infinitissimæ potentiæ Dei. Nū
hoc quoq; Christo tribuitur, vt
hinc Deus agno-
scatur?

*Luc. 7.
Joan. 11.*

In Euangelica certe historia excitauit à mortuis filiam Iairi defunctam, excitauit vi-due filium, cùm iam esseretur ad sepulchrum: excitauit Laz arum habentem in monumento iam quatriduum, & sætere incipientem. Et apud Ioannem inquit Christus: Sicut pater sus-citat mortuos, & viuiscat, sic & filius quod vult, viuiscat. Quin uniuersalem resuscita-tionem mortuorum sibi suæq; virtuti manife-stè tribuit Christus, Ioannis 6. Hæc est volun-tas eius, qui misit me, Patris, ne quid perdam ex omnibus, quæ dedit mihi. sed R E S V S C I-T A B O eum in nouissimo die. Et statim subi-ci-tur: Hæc est voluntas eius, qui misit me, ut o-mnis qui videt filium, & credit in eum, ha-beat vitam æternam; & E G O R E S V S C I-T A B O eum in nouissimo die. In eodem capite sic pergit: Qui edit meam carnē, & bibit meu sanguinem, habet vitam æternam, & E G O suscitabo eum in nouissimo die. Hinc se resurrec-tionem & vitam ipsam nominat, Ioannis 11. Hinc ut per Adamum mors, sic per Christum resurrec-tio mortuorum, 1. Corinth. 15. Hinc quoq; Phil. 3. scribit Paulus, quod in illa mor-tuorum resurrec-tione Christus transforma-turus

turus sit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest etiam sibi subiungere omnia. Ergo omnipotens Deus sit oportet.

Promisisti quidem suprà, te Deitatem Christi ab assumptâ quoq; humanitatis glorificatione & Maiestate posse ac velle stabilire. Id autem fortiter negant Calviniani, & Deitatem Christi hinc potius euerti clamitant?

De hac ipsorum impudenti & effronticriminatione respondebo postea. Rem ipsam quod attinet, certum & contra portas inferorum firmum fixum est & manet: quod humanae in Christo naturae Maiestas Deitatem λόγον adeò non euertat, ut potius illam fundamenti loco infallibiliter presupponat. Quandoquidem quicquid diuinæ gloriæ obtinet Christus, quā homo, id totum ex unitate Deitate habet, quæ se omni sua plenitudine in assumpta carne exerit efficaciter. Est q̄d hec diuina glorificatio humanitatis Christi indubitatus effectus presupposita & eterne Deitatis, huiusq; cum carne hypostaticæ unionis. Proinde si quis ex nostra sen-

I 3 tentia

tentia sequi contendat abnegationem Deitatis, eò quòd humanam saluatoris carnem diuinam maiestate vi unionis pollere credimus: is suum argumentum ita contra nos formet necesse est: Lutherani credunt communicatam carni Maiestatem Deitatis Verbi: Ergo credunt in Christo nullam esse Deitatem. Quòd perinde est nugari, ac si quis pronunciet, eum qui sentiat animam coniuncto corpori tribuere facultatem viuendi, hoc ipso abnegare veritatem animæ, hoc paralogismo: Corpus hoc vivit: Ergo caret anima. Quis verò huinc modi nugatorem ferat? Tales nimirum sunt Calvinistarum ineptiæ, & ex his areanarum telis suas texunt in nos accusationes, adeoq; ex arena, quod dicitur funiculos.

Possunt conuinci illi homines, quòd à diuina virtute gloriaque Christi, quā homo est, confirmetur potius æterna Christi Deitas, quam subruatur?

Ita conuinci possunt, ut ne quidem contra mutire

mutire valeant. Primo enim ne ipsi quidem aduersarij negare audent, Christum ad dextram Dei exaltatum esse iuxta carnem. Et si hoc negare vellent, contradicerent uniuersæ scripture, uniuersæ item antiquitati orthodoxæ. Hoc ergo sic posito, quero, an non ex hoc articulo sessionis Christi ad dextram Dei confirmetur Christi Deitas? Hunc in modū: Christus secundum Naturam humanam exaltatus est ad dextram Dei. Ergo Persona, cuius hæc est humanitas, verus Deus sit necesse est: quandoquidem nudo homini ad dextram Dei sedere in aeternum non competit.

Deinde carnem Christi verè esse cibum vietæ affirmatis, qui mentiri nescit, Christus, Ioannis 6.

Rursum autem quero, an non recte sic concludam: Caro Christi est viuifica: Ergo Dei caro sit oportet, & proinde persona, cuius est hæc caro, verus Deus sit necesse est? Cyrillus professor sic ratiocinatur & infert manifestissimè, libro quarto in Ioannem cap 19. scribens: Corpus Christi panis de cœlo est, quia aeternā comedentibus vitam largitur. Magnum certè signum, DEITATIS in hoc corpore Natur-

ram habitare, quoniam illi hinc donantur, que certe omnem naturam excedunt. Tertio & hec argumentatio consistit inuicta: Sanguine Christi purificantur peccata & redimitur Ecclesia: Ergo persona, cuius hic est sanguis, verus Deus sit necesse est: Sicut Diuus Paulus pronunciat, Dei sanguine Ecclesiam esse redemptam.

Sic omnia nostra argumenta, quæ ex sacris literis Christo iuxta carnem, afferunt diuinam gloriam, omnem potestatem in cœlo & in terra, dominum super opera manuum Dei, impletionem omnium, adorationem, &c. eadem opera constabiliunt Deitatem personæ, cuius hæc est caro propria. Siquidem in æternum ad huius maiestatis consortium peruenire non valuisse Christus, quâ homo, nisi eius assumpta Humanitas cum Deo ipso personali unione fuisse copulata, atq; sic Christus verus Deus existeret.

Vt de Spiritu sancto quoq; dicatur, quo significato is dicitur & appellatur Spiritus?

Non tantum ratione communia illa, quanta Trinitas ab essentiali simplicitate Spiritus nominatur, iuxta illud Ioan. 4. Deus est Spiritus:

tus: sed à personali insuper proprietate dicitur
 Spiritus à spirando voce deducta, quod in illa
 Deitatis arcano à Patre filioq; spiretur. Qua-
 ratione specifica nec Pater Spiritus dicitur, ne-
 que Filius, sed sola Persona Trinitatis tertia:
 qua hac de causa predicatur Spiritus oris Ie-
 huae, Psal. 33. Spiritus labiorum Messiae. Esaia
 11. Spiritus oris Christi, 2. Thess. 2. spiraculum
 item omnipotentis, Iob. 33.

Cum igitur à spirando sic dicatur: quæ-
 ro, sit' ne spiritus seu hali:us qui-
 dam euaneſſens &
 ſolubilis?

*Absit: quin potius est spiritus propria per-
 sonalitate ſubſtens, & ſpiraculum & uincula-
 toratq; intelligens. Quod idiomatica, attributa,
 opera, officia & beneficia, que illi tribuunt ſa-
 creliteræ, perſpicuè demonstrant. Sic dicitur
 spiritus ſapientie & ſcientie, Eſa. 11. Spiritus
 intelligentie & reuelationis, Ephes. 1. qui nōrit
 omnia, etiam profunditates Dei, 1. Corinth. 2.
 qui diuidat uniuersa dona peculiariter, prout
 VELIT, 1. Corinth. 12. Ergo aſignatur ei
 intelligentia & voluntas, que intelligentis*

I 5 ipsum



136 DE S. TRINITATE,
ipsam esse naturae & per se substantem ~~et~~
~~et~~ & a se liquidissime monstrant.

Est' ne autem persona à patre, fi-
lioq; distincta?

Maxime. Christus enim Spiritum san-
ctum nominat consolatorem ALIVM, quem
ipse missurus & qui in aeternū apud discipulos
mansurus sit, Ioan. 14. Et in Baptismo Christi,
ut persona à ceteris verè distincta visibiliter
in assumpta columba specie apparet, Matth. 3. I-
dem ex formula baptismi, Matth. 28. alijsq; sa-
cerarum literarū dictis est evidens, ubi patri &
unigenito filio Spiritus sanctus annumeratur,
ut ab his distincta ~~et~~ & a se: putā Genesis
primo; Psalmo trigesimo tertio; Ioannis decimo
quarto & decimo quinto; Romanorum octavo;
Gal. 4. & alibi.

Cur autem dicitur perso-
na tercia?

Non certe quod sit aut tempotis ratione
ceteris personis posterior, vel Maiestate
gloriaq; minor & inferior: sed tantum, quia
personalis origine est à Patre & filio. Etenim
quem-

quemadmodum Pater à nullo est : ideoque persona prima : Filius à solo Patre, ideoque secunda Deitatis persona : sic Spiritus sanctus à Patre & filio est, ideoq; in Trinitate persona tertia.

Proba, Spiritum sanctum
esse Deum?

Patet hoc primò, quod magnum illud nomen Iehoua (de quo apud Esaiam clamat Dominus: Ego Iehoua, hoc nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo) Spiritui sancto tribuitur. Nam qui Num. 12. per Prophetas se locuturum proficeret, est ac dicitur ibi Iehoua. Quamobrem etiam Prophetæ in suorum vaticiniorum exordijs assuerant, factum ad se esse sermonem Iehouæ. Et Luc. 1. scribitur, Deum per os sanctorum, qui à seculis fuerint, Prophetarum esse locutum. Iam autem Spiritus sanctus est is, qui locutus est per Prophetas, sicut hoc 2. Sam. 23. Act. 1. Ephes. 3. 1. Petr. 1. & 2. Petr. 1. disertis verbis affirmatur. Ergo Spiritus sanctus est ille Iehoua, qui se per Prophetas locuturum spondet, Num. 12. & proinde verus Deus. Ita quoq; quod Esaias capit. 6. scribit,

scribit, Iehouam regem exercituum dixisse:
Vade, & dic populo huic: Auribus audietis &
non intelligetis, &c. Hoc Paulus Act. 28.
a Spiritu sancto dictum refert. Conficitur ergo
hinc, Spiritum sanctum esse illum Iehouam re-
gem exercituum, de quo Esaias agit. Eadem
demonstratio emergit ex collatione testimo-
niorum Mosis & Esiae. Nam de beneficijs
populo Israëlitico in deserto praestitis, tanens
Moses ait, Iehoua SOLVS deduxit illum, &
non fuit cum eo Deus alienigena, Deut. 32. Hoc
ex annalibus Mosis retexens Esaias diserte
scribit: Vbi est, qui ascendere fecit eos de mari
cum pastore gregis sui? vbi est, qui posuit in me-
dio eius Spiritum sanctum suum? Qui ambu-
lare fecit ad dextram Mosen brachio gloria
suae, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi no-
men sempiternum? Qui ambulare fecit eos per
voragini: sicut equus non impingens per de-
sertum, non impegerunt, veluti iumentum,
quod per vallem descendit: SPIRITVS Do-
mini deduxit eum. Sic deduxisti populum tuu-
m, ut facerest tibi nomen gloriosum. Quae collatio
hanc indubitate am dñs deus iparit nobis, quod
Spiritus sanctus sit Iehoua, & proinde verus
Deus.



Deus. Consimili modo cùm Moses multoties assueret, Israëlitas irritasse Iehouam: Esias idex Moses repetens claris verbis scribit capitulo 64. Israëlitas in deserto irritasse & exacerbasse Spiritum sanctum. Denig, quod Psalmus nonagesimo quinto legitur: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione, in die temptationis in deserto, ubi tentauerunt ME (Iehouam) patres vestri: hoc, teste Epistola ad Hebreos, Spiritus sanctus ipse loquitur, & se à Patribus tentatum confirmat. Unde sequitur, Spiritum sanctum esse illum Iehouam, qui se tentatum ab Israëlitarum populo conqueritur.

Num Spiritus sanctus alibi dicitur
expressè Deus?

Imò verò. Nam 2. Sam. 23. sic canit David Psaltes Israëlis: SPIRITVS Domini locutus est per me, & sermo eius factus est per linguam meam. Dixit D E V S Israëlis mihi, locutus est fortis Israëlis, Dominator in hominibus. Et postquam Petrus Act. 5. ad Ananiam dixisset:

DE S. TRINITATE,
*dixisset: Cur impleuit Satanás cor tuum, ut
 mentireris SPIRITUI sancto? mox addit:*
Non mentitus es hominibus, sed DEO. Et
Paulus cum dixisset, 1. Cor. 3. An nescitis, quod
Templum Dei estis? statim addit: Et SPIRI-
TUS Dei habitat in vobis? Si quis templū Dei
profanat, hunc perdet Deus. Postremo Dei &
Domini appellatio tribuitur illi quoq; 1. Cor.
12. Diuisiones donorū sunt, sed idem SPIRI-
TUS: diuisiones ministeriorum sunt, sed idem
D O M I N U S, & diuisiones operationū sunt,
sed idem D E V S. Vbi quem prius Spiritum di-
xerat, hunc mox Dominū & Deum nominat;
Et ut ibidem additur: Diuisiones operatio-
nū sunt, sed idem Deus efficiens omnia in o-
mniis: ita in sequentib; illud omnia in o-
mniis efficere palam accommodatur ad Spi-
ritum sanctum. Inquit enim Paulus: hec o-
mnia autem efficit unus ille idēmque S P I-
R I T U S.

Da tertium argumentum Deita- tis Spiritus sancti?

Confirmatur & illustratur ipsius aeterna
Deitas etiam ex hypostatico idiomate Spiritus,
quod

QVAEST. & RESPOND. 148

quod non creatur, ut uniuersa reliqua, que
extra Deum sunt: sed ex ipsius Dei substantia
procedit. Ideoq; Spiritus nominatur, Q VI EX
DEO est, 1. Corinth. 2. Quemadmodum enim
Christus, Ioannis sexto, inquiens: Non quod
patrem quisquam viderit, nisi is, qui est a
Deo, hac periphrasi eternam suam a patre re-
nerationem describit. Sic cum Apostolus ait:
Spiritus, qui est ex Deo, hac quoq; phrasi ater-
nam illius a patre filioq; processionem notat.

Si plura habes argumenta stabiliendæ

Diuinitatis Spiritus sancti,

age prome nobis

quartum?

Et plura suppetunt argumenta, & tu loco
quarti hoc accipe: Solius Dei est, esse ipsum esse
veritatem. Est quippe hec absoluta Dei perfectio,
quod accidentium & habituum accessione non
perficitur, sed per essentiam est ipsa veritas,
ipsa lux, ipsa sapientia, ipsa iustitia, &c. An-
geli vero atq; homines possunt quidem esse ve-
races, hec autem virtus in illis non est substan-
tia eorum, alias incommutabiliter essent ve-
races, quod lapsu Angelorum & hominum
refellitur. Itaque indubitatum est hoc axiomat-

quicquid



quicquid est ipsa veritas, Deus est. Spiritus sanctus autem est ipsa veritas. Ergo est Deus.

Quomodo probas Minorem?

Testimonio Ioannis Euangelista, qui scribit
1. Epistola 5. Spiritus est, qui testificatur, quoniam Spiritus est V E R I T A S.

Atqui potest etiam de scripto verbo Dei affirmari, quod sit veritas?

Aliud est, cum haec veritatis abstracta vox de quadam seu propositione seu pronunciato Theologico, seu toto verbo Dei dicitur: ubi quisq; facile intelligit, id propter Deum, a quo proditum est, hoc insigniri elogio. Aliud vero est, quando de aliqua persona, seu viuente & intelligenti Natura dicitur, quod ipsa sit veritas. Hoc posterius nulli alteri seu Naturae, seu personae conuenit, praeterquam Deo. Quoniam ergo Spiritus sanctus (quem personam esse supra demonstratum est) iuxta productum Ioannis testimonium ipsa veritas est: hoc ipso certe Deus esse declaratur.

Quod

Quod est quintum argumentum?

Sumptum ab aeternitatis idiomate. Solus
Deus aeternus est. Iam vero Spiritus sanctus
est aeternus. Ideo enim Spiritus AETER-
NVS, Hebr. 9. aperte dicitur. Ergo verus Deus
sit oportet.

Atquidicitur, Ioannis septimo. Non dum
erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum
erat glorificatus? quomodo igitur ab aeterno fuit?

Hoc non de essentia Spiritus est accipendum. Quomodo enim non fuerit tempore Christi et Solaris, qui affuit ac prefuit creatione rerum, Gen. i. & Psal. 33. qui direxit populum in deserto, Esaiæ 64. qui locutus est per Prophetas etiam ante Christi in orbem aduentum: cuius etiam virtute conceptio Christi perfecta est, & qui super ipsum requieuit a primo incarnationis momento, ac postmodum visibiliter in eum descendit, etiam priusquam hec haberetur a Christo concio, cuius occasione Ioannes haec verba ponit? Ergo de visibili effusione Spiritus sancti super Apostolos agunt illa verba, quod scilicet nondum ita visibiliter missus &

K in

DE S. TRINITATE,
in Apostolos illapsus fuerit Spiritus. Hoc
namque, post glorificationem Iesu fieri debuit, &
esse debuit quidam eius glorificationis effectus,
dicente Petro: Dextra igitur Dei exaltatus, &
promissione Spiritus sancti accepta a Patre, ef-
fudit hoc, quod nunc vos videtis & auditis,
Act. 2.

Non ergo Spiritum sanctum inter crea-
turias referendum putas?

Minime vero. Quandoquidem ipse met
est creator rerum omnium. Et hoc nobis erit
argumentum sextum. Etenim creatio rerum
competit vni ac soli vero & omnipotenti Deo.
Ita enim Dominus apud Esaiam ait: Ego Ichoua
faciens OMNIA, creans cœlos SOLVS, sta-
biliens terram, & NVLVS tecum. Iam
autem huic sacro Spiritui creatio ut authori
tribuitur. Ergo verus Deus sit, necessarium
consequens est.

Quomodo probas minorem
propositionem?

Gen. i. legitur, quod Spiritus Dei incubando
fouerit molem aquarū, quam initio fecit Do-
minus. Quod Psalmista clarius reddēs, Psal. 33.
ait: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu
oris

oris eius omnis exercitus eorum. Et Psal. 104.
 Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, reno-
 uabisq[ue] faciem terræ. Iob. 33. Spiritus Dei fecit
 me, & spiraculum omnipotentis viuificauit
 me. Et Esiae 57. Spiritus egredietur à facie
 mea, & flatus ego faciam.

Sed num existimas, in hisce dictis per
 Spiritum tertiam intelligi
 Trinitatis hypo-
 stasim?

Neg, enim scriptura nullum aliud nouit Dei
 Spiritum preter Spiritum sanctum. Quando-
 quidem unius tantum est Spiritus, ut I. Corint.
 12. & Ephes. 4 scriptum expresse legitur. Hinc
 quando in veteri Testamento fit mentio Spi-
 ritus Domini, vel Spiritus Dei, id citantes in
 novo Testamento Apostoli nil quicquam aliud
 quam tertiam personam Trinitatis intelligunt.
 Quod apparet ex allegationibus testimonio-
 rum, Propheticorū: Spiritus Domini super me,
 propterea unxit me, &c. Item, in nouissimis
 diebus, dicit Deus, effundam de Spiritu meo
 super omnem carnem. Liquet hoc ipsum ex al-
 legatione aliorū dictorū Propheticæ scripture.

K 2 Vt

Vt obiter h̄ic aliquid moueam: dixisti
 tantūm vnum esse Spiritum: quamob-
 rem igitur Apocal. i. dicitur: Gratia vo-
 bis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui
 venturus est, & à SEPTEM Spiritibus,
 &c. Si septem sunt spiritus, à quibus
 æternam gratiam alijs precari lice-
 at, cur tu vnum tantūm di-
 cis esse Dei Spi-
 ritum?

*Vnus est Spiritus ratione essentiæ. Septem
 autē dicuntur esse Spiritus, ratione variorum
 donorum, quæ efficit, Paulus teste, vñus ille
 idemq; Spiritus, i. Corint. 12. Hinc in libro Sa-
 pientia, Spiritus sanctus & simplex & mul-
 tiplex nominatur. Simplex per essentiæ unita-
 tem: Multiplex per varietatem donorum &
 gratiarum, quas operatur in hominibus.*

Sed vt redeamus ad iustitatum, po-
 tes proferre argumentum
 septimum?

*Id verò in promptu est. Nam quod immen-
 sus est Spiritus sanctus, quod infinitæ essentiæ,
 & ex*

& ex natura proprietate ubiq^{ue} terrarum gentium & locorum praesens: id verò minimè fallax est Diuinitatis ipsius xpi theos. Hec porro in Spiritum sanctum competere, testis est David Psalmo 139. Quò ibo à spiritu tuo? Testis est liber Sapientiae, qui capite primo docet, Spiritum Domini replere orbem terrarum. Et 12. ca. eius libri legitur: In corruptibilis tuus spiritus est IN OMNIBVS. Quia de causa creditur esse & habitare Spiritus Dei in omnium fidelium ubiuis locorum existentium non modo cordibus, sed etiam corporibus, quæ templi eius appellantur, 1. Corinth. 3. & 6. creditur toti Ecclesiæ per uniuersum terrarum orbem disperse praesens adesse, eamq^{ue} gubernare, Ioannis 14.

Ast huic, quam prædicas, infinitati & omnipræsentia Spiritus sancti opponi posse videtur ipsius Missio, de qua Christus toties apud Ioannem concionatur. Qui enim mittitur, is abesse videtur ab eo loco, in quem mittitur?

Mittitur Spiritus sanctus, non quod Dei-

K 3 tatis

tatis essentia prius absit. Nam Spiritus, quem se in die Pentecostes missurum Apostolis spondet Christus, etiam ante Pentecostes diem fuit Apostolis presentissimus, non solum per essentiam, verum etiam per gratiam. Alias non fuissent e discipulorum Christi numero, iuxta Diui Pauli sententiam, Rom. 8. qui spiritum Christi non habet, non est eius. Sed mitti dicitur auctoritate prophetarum: quoniam admodum Deus ipse per auctoritatem prophetarum descendere dicitur, non per localem motum, sed per solennem & manifestam patefactionem: ubi is qui propter essentiae inuisibilitatem prius videbatur abesse, nunc nouo quodam opere & effectu in oculos incurrente: praesentiam suam manifestat, eamque quodammodo visibilem reddit. Quod in die Pentecostes factum esse, liber Actorum ostendit capite secundo.

Sed quia descendit Spiritus in specie columbae; an' non hic localis descensus omnipresentia, ex qua prius arguebas, euertit?

Distinguendum inter assumptam visibilem formam columbe, & inter propriam essentiam Spiritus

ritus sancti inuisibilem. Secundum formā seu specie assumptae columba descendit visibiliter, qui iuxta naturam propriam immobili & incommutabili præsentia inuisibiliter adest. Et efficiebat unio spiritus sancti cum columba (quam Diuus Lutherus recte formalem nuncupat) ut quod in columba fieret, ad spiritum sanctum καὶ ὄντος πλάνη pertineret. Quo locali motu seu descensu respectu sui neutiquam indigebat, sed ut is eueniebat in assumpta forma, sic totus ille visibilis actus suscipiebatur propter Iohannem Baptistam, cui hoc signi vice datum & dictum erat: super quem videris spiritum descendenter & manentem super illum, hic est, qui baptizat Spiritu sancto.

Protulisti quædam dicta, quæ omnipræsentiam Spiritus sancti stabiliant. Ea verò aut de virtutis ipsius præsentia, aut de inhabitatione secundum donorū gratiam possunt intelligi, vt propterea necessitate non sit, καὶ τὸν θεόν illum esse præsentem?

Prius illud membrum obiectionis, de vir-

K 4 tutis



150 DE S. TRINITATE,
tutis præsentia citra essentia παρόστιαν, planè
sapit Suenkfeldianismum. Cuius confutatio
patet ex sequentibus. In rebus creatis quidem
hec distinctio virtutis & essentiæ locū habet.
Sol enim calefacit sua naturali vi, eamq; in
hæc inferiora usq; profert efficaciter, substanc-
tia interim solis manente supra in suo orbe : A-
liud quippe est corpus substantiale solis, aliud
huius vis & calefaciendi facultas. Spiritus
sanctus autem & vis seu potētia eius ita quid-
dam sunt tñxto, ut impium sit affirmare, esse
alibi Spiritum sanctum secundum virtutem,
vnde secundum essentiam absit.

Quod de inhabitacione Spiritus sancti iu-
xta χειρομάτων siue donorum gratiam affer-
tur: tenendum, esse quidem aliud præsentiam
essentiæ (qua adest etiā impijs) aliud verò gra-
tiosam ipsius inhabitacionē. Interim hæc illam
indubitate presupponit. Quandoquidem Spi-
ritus sanctus suam gratiam atq; dona opera-
tur non absens, sed præsens: ipsaq; vox inhabi-
tandi intendit digitum ad præsentiam perso-
næ: quandoquidem inhabitatio est persona non
donorum, que non inhabitare dicuntur, sed
IN ESSE.

Cupio



Cupio audire argumentum octauum,
quo probes Spiritum sanctum esse
naturâ Deum?

Prædictio rerum venturarum (earum præfertim, quæ post aliquot annos vel etiam secula deum evenient, & quarum nullæ in natura existunt causæ) per se non nisi diuinæ menti congruit. Hac namq[ue] venturorum prædictione cœi idiomate sibi soli competente Dominus se solum Deum esse confirmat, quando commentatio gentilium Deos compellans ait, *Esa. 41.* Annunciate quæ ventura sunt, & sciemus, quod d[omi]nis sitis. Ceterum Spiritui sancto tribuitur ista vis cognoscendi & ex abscondito proferendifutura, dicente Christo: Quæ ventura sunt, annunciabit vobis, *Ioannis 16.* Quemadmodum etiam Apostoli sanctorum Prophetarum vaticinia in Spiritum sanctum autorem conferunt, *Aet. 1. Ephes. 3. 1. Petr. 1. 2. Petr. 1. 1. Timoth. 4.* Ex quo conficitur necessariò, hunc diuinum Spiritum esse natura Deum: præfertim quia cognitæ illi sunt res venturæ, non per reuelationem, ut vel angelis vel hominibus innotescunt, sed vi essentialis potentia & luce propriæ naturæ. Iuxta memorabile testin-



nium Esaiae Prophetæ: *Quis direxit Spiritum
Domini, & quis fuit ei à consilijs? A quo pe-
tijt consilium, & instruxit eum? docuit q̄, eum
semit am iudicij, atq; eruditum eum scientiā, &
viam intelligentiarum ostendit ei?* Esa. 40.

Affirmas, Dei Spiritum luce propriæ na-
turæ cognoscere furura. Hoc negare vi-
detur Christus, afferens, ipsum non loqui
à semetipso, sed loqui, quæcunq; audiat,
diat, & mox addens: *De meo
accipiet?*

*Dupliciter hæc possunt accipi. Primò non lo-
quetur à semetipso, id est, non proponet doctri-
nam nouam seu aliam, quæ prius à Christo A-
postoli proposita non sit: sed de meo accipiet,
hoc est, quæ ego (Christus) prius tradidi, ea in
memoriam renocabit & suggesteret vobis. Dein-
de vero magis propria interpretatione sic ex-
pliçatur Christi verba, quod Spiritus sanctus,
qui essentia sue ratione per se absolutissimam
rerum omnium notitiam obtinet, nihilomi-
nis si ~~two~~ originem species, dicatur
accipere à Patre & filio. Sicut & filius eodem
sensu*

sensu dicitur nil facere à semetipso (nimisrum ad personalem respiciendo originem) quita-
men alias essentiae respectu omnia fecit τὸν
ματὶ τῆς αὐτῆς δύναμεως, hoc est, propriæ suæ
potentie verbo seu omnipotente mutu. Et
quemadmodum Ioan. 5. de se inquit Christus:
Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit
et filio habere vitam in semetipso: ita eodem
planè sensu possumus dicere, quod Pater et fi-
lius dederint Spiritui sancto vitam et sapien-
tiam habere in semetipso, id est, in propria sua
essentia, quam per eternam processionem una
cum patre filioque adiutoriis habet commu-
nem. Quare illud (non à semetipso) non perti-
net ad abnegandam essentiale perfectionem
sapientie Spiritus sancti, sed hypostatica dun-
taxat originem designat personæ.

Christus autem vtitur verbis futuri tem-
poris: Accipiet, audiet, loquetur, cùm vi-
cissim hæc κοινωνία sapientiæ, quam
tu asseris, sit ab æ-
terno?

Saluator in explicādo hoc mysterio loquitur
αὐθηρω-

αὐθεντικάθως. Propriè enim Spiritus sanctus non dicitur vel audire vel accipere à Patre & Filio, sed potius E S S E seu subsistere à Patre & Filio. Quomodo Diuus Augustinus hęc verba Domini eruditę explanat, scribens: Sic itaq; debemus accipere, ut intelligamus, non non eum E S S E à seipso. Audire autem illi scire est, scire verò E S S E. Quia ergo non est à semetipso, sed ab illo, à quo procedit, à quo illi est essentia, ab illo scientia, ab illo audientia. Semper itaq; audit Spiritus sanctus, quia semper scit. Ab illo ergo audiuit, audit, & audiet. Nec moueat, quod verbum futuri temporis possum est. Illa quippe audientia sempiterna est, quia sempiterna scientia. Hęc Augustinus. Quibus maioris evidentie causa addo, uti Dominum verbo temporis futuri, quia loquitur ibi non simpliciter & absolutè de diuini Spiritus sapientia, sed cum respectu quodam ad futurum opus, quo ex sapientia aeternaliter accepta prolaturus erat dona Apostolis in die Pentecostes.

Produc, quæso, Argumentum
nonum?

Est id priori cognatum à maiestate omni-scientiae

scientiae deductum. Etenim cuiusque competit omniscientia naturaliter, is citra dubitacionem ullam est per essentiam Deus. Spiritui sancto naturaliter et vi propriae essentiae competit, ut sciat et cognoscat omnia. Ergo verus est per naturam Deus.

Sed quo testimonio confirmabis
minorem Argumentum?

Apostolico Divi Pauli, dicentis: *Spiritus OMNIA scrutatur, ETIAM PROFUNDITATES DEI.* Quis enim hominum nouit ea, quae sunt hominis, nisi *Spiritus hominis*, qui est in eo? Sic et ea, quae sunt Dei, nemo nouit, nisi *Spiritus Dei*. Quod testimonium ut est valde dilucidum, sic ad confirmandum institutum habet momentum ac pondus longe maximum. Quandoquidem Spiritui sancto ita assignatur vis scrutandi omnia, ut ne quidam abyssi profunditatesque Deitatis fugiant ipsius notitiam: sed illas ipse sic cognitas, sic intimè perspectas habeat, ut cuiusque hominis anima seu spiritus proprietarum cogitationum suarum conscient esse consuevit. Atque huius Argumenti evidenter mirabiliter elucet per hanc comparationem:

rationem: *Nosse corda omnium hominum est
Dei solius, teste Solomone, i. Reg. 8. Tu nosti
SOLVS cor omnium filiorum hominum.* Si
ergo, quod *Spiritus Dei corda hominum scruta-
tatur* (quippe quae regenerat, flectit ac mouet,
ut vult) Deus esse cognoscitur ex hoc Solomo-
nis testimonio: nonne incomparabiliter eviden-
tius afferenda Deitatis ipsius argumentum
fuerit, quod ipsius Dei cor tacitaq; arcana &
& abyssi patent illius notitia? quandoquidem
sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt
viæ Domini à vijs nostris, & cogitationes Dei
à cogitationibus nostris, Esiae quinquagesimo
quinto.

Num & decimum pro Deitate Spi-
ritus argumentum oc-
currit?

*Sanè. Nam quod omnipotens prædicatur
in scripturis, certum hinc petitur argumen-
tum, diuina natura ipsum esse præditum. Por-
rò notatur ipsius omnipotentia, quoties dicitur
Spiritus POTENTIAE DEI, Sapient.
undecimo, & posteriori ad Timotheum primo
capite*

capite. Spiritus item fortitudinis, Esiae undecimo capite. Neque negligendum est, quod Sapient. septimo capite diserto elogio dicitur omnipotens. Sic enim ibi legitur: Est in ea (sapientia) Spiritus intelligens, sanctus, simplex, multiplex, subtilis, discretus, mobilis, &c. certus, securus, OMNIPOTENS, omnia perspiciens, omnesque intelligentes, puros, subtilissimosque spiritus permeans. Et quidem omnipotentis illum esse naturae, supra ex opere creationis patuit: ac porro patebit ex alijs operibus omnipotentiae, quae illi ut auctori adscribuntur.

Quin igitur opera ea nobis enumeras,
quae putas testimonium dicere
de Deitate Spiritus
sancti?

Primò hoc cape, quod virtute Spiritus sancti Messias sua in terris edidit miracula. Nam Petrus Apostolus affirmat, Iesum Nazarenum unctum esse potentia & Spiritu sancto, ut circumiens in Iudea curationes (miraculosa) operaretur in populo, & omnes oppressos a Diabolo

Diabolosanaret. Et Christus ipse; Matth. 12.
 perspicue sic ad Iudeos ait: Quod si SPIRITUS
 Dei ejcio testimonia, peruenit ergo ad vos re-
 gnum Dei. Cumq[ue] Lucas eadem haec ita refe-
 rat: Quod si DIGITO Dei ejcio daemonia,
 peruenit ad vos regnum Dei: Patet ex utriusq[ue]
 Euangelistae collatione, Spiritum sanctum esse
 omnipotentem illum Dei digitum, per quem
 non modo Christus, sed & Moses olim suorum
 eorum Pharaone miracula fecit, ipsis quoq[ue] hosti-
 bus id fatentibus, ac dicentibus: Digitus Dei
 est hic, Exodi 8.

Quamobrem quoniam Spiritus sanctus est
 autor & causa efficiens diuinorum signorum:
 omnipotens certè Deus sit necesse est, qui solus
 (virtute sua essentiali) facit mirabilia, Psal-
 mo 72.

Deinde quoniam in confessò est, quod fa-
 cundare fœminas sua natura steriles, sit opus
 diuinæ potentie: quando magis hinc Spiritui
 sancto laus omnipotentie & Deitatis attribu-
 enda fuerit, quod efficacia sua virtute & obum-
 bratione perficit, ut præter rerum & naturæ
 seriem virgo (ille samante virginitate) non
 modo concepiat, sed ipsum Dei unigenitum
 conci-

concipiat & pariat? Quod opus cum nequam sit ignobilius creatione cœli & terræ, atque nihilominus ad Spiritum sanctum referatur, Matth. i. & Luc. i. præmptum est hinc iudicium certum facere, quod sit Deus verè omnipotens.

Sed & hoc admirando opere se Patri filioq;
consustantiali Deum ostendit, quod Aposto-
lorū mentes subito collustrat notitia omnium,
que sub cœlo sunt, linguarum, quas ante ne
audiuerant quidem, multo minus didicerant,
Act. 2.

Similiter, quod vivificationem, opus soli
Deo naturaliter congruum, sua virtute præ-
stat. Iuxta illud: Spiraculum omnipotentis vi-
vificauit me, Job. 33. Et rursum: Spiritus vivifi-
cat. 2. Corinth. 3.

Quod item transformat nos homines in
imaginem Dei, pronunciante Apostolo: Nos
retecta facie gloriam Domini in speculo re-
presentantes, ad eandem imaginem transfor-
mamur à gloria in gloriam, tanquā à Domini
SPIRITU, 2. Corinth. 3. Quia autem eiusdem
est potentiae transformare ad Dei imaginem,
cuius est ad illam imaginem condere: rursum

L effulget,

*effulget, oportere Spiritum illum Domini
potentia præditum esse increata & in-
nita.*

*Quod item mentes hominum illuminat,
Eph.1.conuertit & regenerat, Joan.3.ungit &
obsignat ea, & motus diuinos in electis ciet,
Rom.8.Gal.4.quod iustificat sanctificat & sal-
uat, 1. Cor.6.sunt hæc mera argumenta indu-
bitataq; xpitne ea, quibus illius Deitas euinci-
tur & comprobatur.*

Desidero audire cætera, si quæ tibi
sunt reliqua?

*Spiritus sanctus mittit ipsum quoque Mes-
siam, dicente apud Esaiam Christo Filio Dei:
Appropinquate ad me, audite hoc: non à prin-
cipio in abscondito locutus sum: à tempore,
quo erat Prophetia, ibi E R A M: & nunc Do-
minus Iehova misit me, & SPIRITVS eius.
Sic sanctus ille Spiritus ungit Christum, Esa.
61.& cum potestate quadam ipsum in desertum
agit, ut tentetur ibi à Diabolo, Matth.4.
Quam in Christum, quia is homo est, authori-
tatem mittendi, ungendi & agendi illum, nec
haberet*

QVAEST. & RESPOND. 16

haberet nec usurparet Spiritus Domini, niv-
er us esset cum Patre filioq[ue] Deus.

Num à donis, quæ operatur in homini-
bus, etiam ducitur idoneum
argumentum?

Omniō. Nam Iacobi 1. legitur: Omnis do-
natio bona & omne donum perfectum è super-
nis est, descendens à Patre luminum. At verò
omne donum bonum & perfectum descendit à
Spiritu sancto: quod multis ostendit Apostolus
1. Corinth. 12. Ergo Spiritus sanctus est Pater
ille luminum, Deus, à quo solo omne donum
perfectum proficiscitur.

Est' ne quid amplius, quo Spiritum
sanctum Deum de-
clareš?

Quidni? Id namq[ue] luculenter apparet inde,
quod huic sacro & diuino Spiritui suprema af-
signatur totius Ecclesiastici ministerij guber-
natio, soli alias Deo conueniens. Quemadmo-
dum plena sunt diuinæ authoritatis potesta-
tisq[ue] verba, Actor. 13. Cum sacrificarent Do-
mino, reiunarentq[ue], dixit SPIRITVS

L 2 sanctus:



sanctus: segregate MIHI (mihi, inquit) Barnabam & Paulum, ad opus, ad quod accessiui eos. Et mox additur, hos duos Apostolos emissos à Spiritu sancto nunciasse sermonem Dei in synagogis Iudeorum. Consimiliter que decernuntur in Ierosolymitana Synodo ab Apostolis & Presbyteris, ea ad Spiritum sanctum ceu supremum Concilij gubernatorem atq; Præsidem palam referuntur. Act. 15. Hic Spiritus legitur quoq; cum autoritate vetuisse (certas ob causas) sermonem loqui in Asia, nec permisisse Apostolos ire in Bithyniam ad annuncianendum verbum Euangely. Act. 16. Et de hoc Spiritu ait Paulus Ephesinæ Ecclesie Presbyteris, quod Spiritus sanctus posuerit illos Episcopos ad regendum Ecclesiam Dei, Act. 20. Quibus omnibus atque singulis authoritas illi assentitur in constituendo, regendoque Ecclesiæ ministerio diuina plane. Vnde ministerij illius institutor ac Dominus, adeoq; Deus liquido agnoscitur.



Perge



Perge demonstrare, quòd Domini Spiritus ille sit, vnuſ cum æterno Pa-
tre & Filio Deus?

Argumenta, quæ supersunt, à cultu ſoliuſ
Dei proprio ducuntur: quæ velut in faciem, ul-
timo loco, colligam. Principio negari non po-
teſt, quòd Petrus afferit, Baptiſmum eſſe fæ-
dus bonaे conſcientie cum Deo, 1. Pet. 3. Pla-
num autem eſt, nos æquè baptizari in nomine
Spiritus sancti ac in nomine Patris atque Fi-
lij. Sic enim ſonat formula à Chriſto præſcri-
pta, Matth. vigēſimo octauo: Baptiſate eos
in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
Ergò eſt & Spiritus sanctus ille Deus, cum
quo bonaе conſcientia fædus iſtud in baptiſmi
ſacro ſancitūr.

Deinde in Dei ſoliuſ nomine iurare
licet, Deuteronom. ſexto capite. Quide
cauſa reprehenduntur Iudei, quòd iurabant
per id, quod non eſt Deus, Ierem. quinto & duo-
decimo capite. At Paulus diſerte iurat
per Spiritum sanctum ut conſcientię ſuę te-
ſtem & ſcrutatorem, quando Roman. nono
cap. ſcribit: Veritatem dico in Chriſto, non

L 3 mentior,



mentior, attestante mihi simul conscientia
mea per Spiritum sanctum. Proinde Diuinita-
tis gloriam Paulus sancto Spiritui luculenter
adscribit.

Præterea dum Saluator blasphemiam in
Spiritum sanctum, neg. in hoc neg. in futuro
seculo remitti pronunciat: ex hoc quoq; in uiuo-
labilis & sacro sancta maiestas eius meridiana
luce clarius cernitur.

Idemq; ex adorationis cultu supremo con-
cluditur. Siquidem etiam Angelicæ cœlorum re-
ligiosissima veneracione prosequuntur eum,
clamando: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus
Deus exercituum, Esa. 6. Quem hymnum esse
quoq; Spiritui sancto sacrum, terna ostendit
acclamatio totam Trinitatem complectens,
idemq; Apostolica Diuini Pauli allegatio, Act. 28.
per irrefutabilem consequentiam declarat.

Postremò quoniam credere nos profitemur
in Apostolorum symbolo IN Spiritum san-
ctum, id est, fiduciam in eum collocare: hoc ipso
Deum illum agnoscimus & confitemur. In so-
lum quippe Deum collocanda est cordis fiducia,
Ieremiæ 17.

In



In definitione Spiritus sancti recordor
abste dictum, quod à Patre & Filio
procedat. Proba initio, illum
procedere à Pa-
tre?

Ioannis 15. extat dilucidum hoc testimoniū: Cūm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit.

Dicitur autem Christus quoq; processisse à Patre, *Ioan. 8. ait ad Iudæos: Si Deus esset Pater vester, diligaretis utiq; me.*

Ego enim ex Deo processi
& veni

Diuersissima est utrobiq; phrasis in textis græco, in quo Iohannis Euangeliū conscriptū est. Nam de Spiritu sancto usurpatur verbum ἐκπομένας, ad personālē eius designandam proprietatem, gratia cuius ex Dei ore (ut scriptura loquitur αὐθωντοαθῶς) procedit, tanquam ipsius spiraculum. De Christo vero usurpatur verbum ἐξηλθον, exiuit. Quod non processionem sub ratione spiraculi denotat, sed quendam alium à patre egressum. Non quidem

L 4 eternum

166 DE S. TRINITATE,
aeternum illum, quem ipsius nobis describit ge-
neratio, & quem Michael exponit, scribens:
Egressus eius ab initio, à diebus aeternitatis.
Sed egressum hic significat, qui fit in tempore,
per incarnationem à patre exiisse & in hunc
mundum venisse dicitur: quemadmodum per
επεξηγούμενον additur: ET VENI: Planè ut Io-
annis 16. Exiui à Patre, & veni in hunc mun-
dum. Exire enim à patre tum dicitur, quando
assumpta carne sese in mundo manifestat, in-
ter homines visibiliter versatur, & tanquam
magnus ille fæderis angelus legationem à Pa-
tre sibi demandatam in terris obit.

Antequam proferas argumenta, quibus
confirmes, Spiritum diuinū è filio quoq;
procedere: scire cupio, num rectè dica-
tur Spiritus sanctus à Patre proce-
dere P. E. R. filium?

Rectius affirmatur Spiritus à Patre & à fi-
lio procedere, quàm à Patre per filium, ne quis
existimet, illum procedere è Patre, mediate, in-
teruentus scilicet filij: qua ratione unipersonæ
esset propinquior quàm alteri. Sed à meos seu
immediate procedere illum assueramus ab u-
trog;



trog, velut ex uno fonte essentiali. Quan- quam enim hypostasibus differunt pater & fi- lius, & ratione personalis originis credit prin- cipatus productionis ad patrem, à quo Filius hanc spirandi dūvapu per generationem acci- pit: tamen essentiae ratione non est huiusmodi statuenda τέχνη, ut à Patre mediatè, à filio im- mediatè procedat Spiritus: sed quemadmodum essentias sunt unum patere & λόγος, sic in produ- cendo Spiritus spectantur, ut unum esse entiale principium, ut seorsim ac separatim neuter spi- ret, sed sub & σταὶ identitate unum omnino sint in spirando συνδιαζόμενοι.

Concedit Græcorum ecclesia , à Patre
procedere Spiritum. Num autem à Filio
quoq; procedat,id multis seculis apud il-
los controuertitur. Gestio igitur audire
probationes,quibus hic articulus
confirmari pos-
set?

*Sit ergo hoc primum argumentum, quod
Spiritus nominatur Labiorum & Oris Christi. Nam Esi. 11. affirmatur de Messia ori-
turo ex radicibus Ijai, quod super illum requie-*

L *s* *turus*

turus sit Spiritus Domini, spiritus sapientiae &
 scientie, &c. Et mox subiicitur, ipsum spiritu labiorum suorum imperfectum esse impium. Eodem sensu atque modo Paulus vocat Spiritum oris Christi. De Antichristo enim differens scribit, quem Dominus conficiet SPIRITU ORIS sui, & abolebit claritate aductus sui. Manifestum est, mentione aduentus Domini digitum intendi ad secundam Trinitatis personam. Huic enim scriptura tribuit aduentum ad iudicium (de quo ad iudicium aduentu Paulus ibi ex professo tractat) proinde huic quoque Domino Iesu tribuit Spiritum oris, hoc est, spiraculum ex ore diuinae illius essentiae procedens.

Sed obijciant fortè Græci, apud Esaiam sibi habere textum: Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum conficiet impium: Vbi quia verbum Euangeli nominetur virga oris, quippe ex sancto ore Christi profectum, posse & per spiritum labiorum verbum illud intellegi?

Esto, per virgam intelligatur verbum à Christo

Christo prædicatum, tanquam virga sive sceptrum regni ipsius, ut Psalmus 110. nominatur.
Attamen verbum illud, non nisi propter adiunctum spiritum oris & labiorum Christi ferire valet terram. Eodem quippe Spiritu Messias percutit terram, quo iudicat mundum.
At verò non est aliis Spiritus, qui mundum arguit & iudicat, quam tertia persona Trinitatis: ut Christus ipse, Ioan. 16. explicat. Ergo neq; alio Spiritu terram percutit: quandoquidem percutere terram, & arguere scilicet iudicare mundum de peccato, iustitia & iudicio, planè sunt idem. Accedit huc, quod verbum Euangeliū nusquam in scriptura dicitur Spiritus Christi (Christo enim est unus duntaxat Spiritus, Ephes. 4.) quantumuis in loco Esaiæ, ut & Pauli 2. Thess. 2. coniungatur Spiritus sanctus cum verbo, tanquam causa efficiens cum instrumento. Spiritus sanctus quippe est, qui & terram fecit verbo, & mundum iudicat verbo, & impium conficit verbo, & Antichristum interficit verbo. Quæ omnia verbum præstare nequit, nisi ex adiuncta Spiritus virtute. Et cum in vaticinio Esaiæ diserta prius mentio facta sit Spiritus Domini, Spiritus

tus



tus sapientiae & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiae & pietatis, qui super Messia requiescat, atq; mox post unum interiectum versum addatur, Messiam Spiritu labiorum suorum interfectorum impiū, palam est de eodem utrobiq; agi Spiritu, qui est Christi in Deitate spiraculum, & super humilitate eius sine mensura requiescit.

Est' ne firma consequentia: Spiritus sanctus est Spiritus oris & labiorum Christi: Ergo procedit à Christo, non minus quām à Patre?

Est omnino firma & solida. Si enim quāram ex sententiæ nostræ oppugnatoribus, ut rationem nobis explicent, ob quam Spiritus sanctus Psalmo 33. nominetur Spiritus oris Iehouæ, hoc est, Dei Patris: non possunt illi (si ingenij sui neruos omnes intendant) causam assignare ullam aliam, quām quæ in scripturis pridem assignata est, nimirum sic illum dici, quod ex ore essentiæ paternæ tanquam spiraculum sive flatus, sed indissolubilis & cunctos inenarrabili spiratione procedat. Quoniam ergo nominatur, aquæ Spiritus Oris & labio-

laborum Christi, ac Spiritus oris Iehouæ patris: palam est, ob eandem planè rationem illum sic dici, quia animirum Filius eum ex sua substantia spirando producat: Sumpta similitudine à statu humano per os atq; labia hominis emissò, ut solet scriptura in his loqui myste-rijs à̄θρωποναθως. Propriè enim loquendo nec Pater nec Filius in Deitate os habet corporale, sed uterq; una quadam communispirationis C̄repyēiq; tertiam illam hypostasin modo in o-mnem eternitatem inexplicabili producit.

Quia verò pater & filius personis distin-
cti sunt, quî possunt vnum eun-
demq; spirare spiritum?

Quamvis distincti sunt personis, tamen fa-
cit essentie indiuisa unitas, ut non diuersa
spirent spiracula, sed & totas identitate vnum
sint οὐδεναζόρδυον in uno codemq; consub-
stantiali Spiritu producendo: ita tamen, ut
pater facultatem spiratiuam illam à semeti-
psō habeat: Filius autem per ineffabilem à Pa-
tre generationem accipiat, ut ab ipso quo-
que eternum illudspiracu-
lum procedat.

Dic



Dic secundum argumentum', quo demonstres, Spiritum sanctum à filio quoq; procedere?

Ioannis 20. legitur Christus insufflando contulisse Apostolis Spiritum sanctum, nimirum ut per illius corporei flatus ex humano eius ore egressi congruam significationē ostenderet, esse Spiritum illum sanctum in Deitate oris & labiorum suorum spiraculum.

Quod est argumentum tertium?

Ad asserendam hac processionem Spiritus à filio, solidissimam nobis demonstrationem subministrat Paulus Apostolus, quando Spiritum sanctum filij spiritum perspicue confitetur: ita scribens: Quoniam estis filii, emisit Deus Spiritum FILII sui in corda nostra, clamantem, Abba Pater. Plane ut & Rom. 8. Qui Spiritum CHRISTI non habet, non est eius. Hinc ita colligimus: Cuius personae in Deitate Spiritus sanctus dicitur esse Spiritus, ab eadem etiam procedit. At dicitur esse non tantum Patris, sed etiam filij Spiritus. Ergo non tantum à Patre, sed etiam à filio procedit.

Obuer-



Obuertunt auten Orientales Graeci, Spiritum filij appellari, quia cum filio eiusdem sit essentia?

Hoc cauillum se haberet locum, pari plenè modo, propter eandem scilicet causam, filius posset etiam dici Spiritus sancti filius, eo quod eiusdem sit cum illo essentia. Hoc verò cum sit absurdum, quis non videat, argumentum Orientalium, quo nituntur nostram demonstrationem euertere, esse planè nullum? Quemadmodum autem Filius tantum eius est Filius, à quo generatur: sic Spiritus sanctus, cum à spirando sic dicatur, ut supra est expositum, eius tantum est (natura) SPIRITVS, à quo spiratur & procedit. Quamobrem non esset Filij Spiritus, si illum solus spiraret Pater, Filius autem ab hac Maiestate esset alienus.

Quid si dicatur Filij Spiritus eo modo
quo dicitur esse electorum
Spiritus?

Electorum seu fidelium Spiritus dicitur tantum per donationis gratiam: quæ donatio gratui-

gratuita in absolutissima perfectione Deitatis locum habet nullum: ubi non gratiae donum, sed & orationis regnat novititia inter diuinashypostases. Quare ut concludamus hoc argumentum tertium: quia Spiritus sanctus non est Filius Spiritus per gratiam donationis: relinquitur, quod per naturam sit ipius Spiritus, seu naturale ipsius spiraculum, per & propter hypostaticum ex eoprocessum.

Profer argumentum quartum?

Genes. 1. ut & alibi, nuncupatur Spiritus אלֹהִים Deorum, non certè ullam ob causam aliam, quam quia plurimum, quam unius, in Deitate personarum est Spiritus naturā. Nam vox Elohim, personarum in Deo pluralitatem designat.

Quintum argumentum quod est?

Absurdum & impium est affirmare, λόγον proprio carere Spiritu. Hoc enim eternae ipsius gloria manifestissimè derogaret? Si autem Spiritus sanctus ab illo non procederet, destitueretur utique proprio Spiritu. Ergo ad cauendum impietatem illam, credendum firmiter

miter est, Spiritum sanctum ab unigenito et iam λόγῳ procedere.

Dic argumentum sextum?

Nisi statuatur, Spiritum procedere à Filio, sublata iam est omnis hypostatica cognatio, omnisq; respectus intrinsecus Filij ad Spiritum & huius ad Filium. Cùm tamen Trinitatis hoc requirat absoluta perfectio, ut productionum respectibus quibusdam Personæ omnes ad se mutuò, adeoq; singula ad singulas referantur. Nam Pater hypostatica cognitione refertur ad Filium, ut genitor ad suam progeniem. Filius ad Patrem ut genitum ad gignentem. Pater ad Spiritum sanctum, ut spirans ad spiraculum. Spiritus sanctus item Patrem, ut spiraculum ad spirantem. Inter solum λόγον & Spiritum sanctum nulla hypostatica interueniret relatio, sed quoddam velut ἀγήμα relinquetur inter utriusq; hypostasin, sine ullo personali nexu: Quod ab adorande Trinitatis perfectione est alienissimum.

Profer septimum argumentum?

Certum est, inter Personas Trinitatis esse ordinem, gratia cuius Pater sit persona prima, Filius secunda, Spiritus sanctus tertia. Sicut ordinis istius irrefragabile testimonium est formula Baptismi, Matth. 28. Hic autem ordo conuelleretur penitus, si Spiritus sanctus crederetur à solo procedere Patre. Ratio enim reddi non posset, cur Filius potius esset Persona secunda, quam Spiritus sanctus. Quoniam igitur ordo qui est inter Deitatis hypostases, aut ex inequalitye essentiae oritur, aut ex personali origine, ex essentiae autem inequalitye oriri nequit, cum essentiæ sint unum: relinquitur, ordinem istum ex origine existere hypostatica, ut Pater quidem prima sit in Trinitate hypostasis, quia à nullo: Filius persona secunda, quia à solo Patre: at Spiritus sanctus, tertia, quia ab utroque.

Quod est argumentum octauum?

Quoniam una est non gemina & & οια Patris, & λόγου fieri nulla ratione potest, ut Spiritus sanctus, filio hypostatica origine posterior,

rior, procedat ex essentia Patris, nisi etiam ex
Spiritu Filii procedat: nisi forte cum infidelibus
aliam dicamus essentiam Patris, è qua pro-
cedat Spiritus, aliam essentiam Filii, è qua
nō procedat: quo modo unitas essentialis inter
Patrem Filiumq; manifestissimè distracta-
tur, & Deorum introduceretur multitudo
planè Ethnica.

Sed obtendunt Græci, ex eodem fundamento posse colligi, quia Pater & Spiritus sanctus etiam sint & vnum, ut Pater est sua substantia gignere non possit Filium, nisi ob substantiæ communio-
nem Spiritus sanctus quoque in generatione Filij con-
currat?

Hec ergo tum demum valitura esset, si ex sola communione essentiae liceret colligere, neglecta Personarum & Christiue ordine. Ac sanè si & Christus & originis ratione Spiritus sanctus prior esset filio: omnino propter Essentie unitatem ad generationem filij concurreret cum generante Patre. Quia verò non Spiritus Filio, sed Filius Spiritu prior est

\mathcal{M}_2 (f)



(si scilicet τὸν personalem illam consideres, qua Filius secunda persona est, Spiritus autem tertia) hinc adeò fit, ut non Spiritus Filium producat generando, quia personarum ordine posterior est Filio: sed Filius tanquam ordine personali prior, spirando producat Spiritum sanctum, in eoque producendo unum constituantur cum Patre, οὐδενα γάρ ποντον, ob essentiae vindelicet unitatem non considerat am nudè ac simpliciter, sed cum originis siue ordinis prioritate in Filij persona connexam. Atque huic credit, quod cum nullibi legatur Filius Spiritus sancti Filius, legatur tamen vicissim Spiritus sanctus esse Filij Spiritus, Rom. 8. Galat. 4.

Dic nonum argumentum, quo Spiritus à λόγῳ processionem comonostres?

Ioannis 15. dicit Christus: Cum autem venerit Paracletus, quem EGO mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Ex hisce verbis extruitur hoc argumentum Christus

Christus mittit Spiritum sanctum. Ergo aeternae illius spirationis iure mittit.

Atqui longè aliud est missio hæc, quæ fit in tempore, aliud item aeterna illa spiratio?

Diuersissima hæc esse non nego. Interim temporalis missio, quâ λόγος mittit Spiritum sanctum, presupponit sempiternum illum diuini Spiritus è λόγῳ processum, à quo processu dependet authoritas mittendi Spiritum sanctum, tanquam sibi naturaliter proprium. Ideè enim Pater mittitur à nullo, quoniam à nullo est. Et λόγος, etiam si quâ homo mittatur etiam à sancto Spiritu, tamen quâ Deus est, à solo Patre mittitur, quia à solo Patre est. Spiritus sanctus autem mittitur ab utroq., quoniam ex utroq. est. Et cōcinnia est nostroq. instituto accommoda permutatio Φερστεως, qua missio Spiritus sancti exprimitur. Nam Filius mittit Spiritum Patris, Ioan. 15. Et Pater mittit Spiritum Filij, unum scilicet eundemq. Spiritum, per indiuisam novaviciam utrig. communem.

180 DE S. TRINITATE,
Ioan.14. ait Christus: Rogabo Patrem, &
alium consolatorem dabit vobis. Qui
rogat, rogando docet, quod non per se
habeat illud ius mittendi Spi-
ritum, sed precario-
acciapiat?

Respondeo: Christus quâ homo rogat Pa-
trem promittendo Spiritu: Cùm quidem quâ
Deus hoc ius obtineat naturâ.

Censes igitur, Christum etiam se-
cundum Humanitatem
mittere Spiritum
sanctum?

Per gratiam unionis hoc obtinet Christus,
quâ homo, & non per naturam. Ab assumen-
te enim λόγῳ accipit eum Spiritum sine men-
sura, simulq; hoc consequitur, ut de plenitudi-
ne illa redundantiaq; Spiritus nobis fratribus
& consortibus suis communicet. Quemadmo-
dum missio illa & effusio Spiritus in die Pente-
costes Act. 2. quidam constituitur fructus ex-
altationis ad dextram Dei, quam exaltatio-
nem Christo iuxta carnem obuenisse, alias so-
lidis scripturarum testimonij & firmamentis
astruitur.

Sed



Sed hac ratione procedet Spiritus sanctus etiam ab Humanitate Christi , aut verū non erit , quod missio Spiritus , quæ Christo tribuitur , doceat aternam eius à Christoprocessionem?

Evidem si per Naturam hoc possideret Christi salvatoris caro , sicut λόγος per naturam possidet , valiturum esset argumentum . Quia verò non naturā , sed ex unionis gratia id habet : idem de illa , quod de λόγῳ statuere fas non est : præsertim quia internæ illæ proprietates personarum , in Trinitate tantummodo intra Deitatis σύνταξιν considerantur , neque ipsis sancta Trinitas ullo modo foras progradientur . Per unionem tamen cum λόγῳ hoc consequitur humana Domini caro , ut quia personaliter unitur ei , à quo procedit Spiritus , cuiusq; in Deitate proprius est Spiritus , hoc ipso unionis nexu in communionem Spiritus intramittatur , modo incomparabiliter sublimiore , quam alijs sancti , qui non per unionem cum λόγῳ in participationem spiritus ipsius perueniunt , sed circa omnem eiusmodi unio-

M 4 nem

nem dona illius capiunt per gratiam & se-
cundum mensuram donationis Christi: qui se-
cundum carnem plenitudine illa Spiritus sic
vngitur, ut & nos ex ista plenitudine ipsius
capiamus gratiam pro gratia, Ioan. i.

Decimum argumentum vn-
de deducitur?

Ex concione Christi, Ioan. 16. Non loque-
tur (Spiritus sanctus) à semetipso, sed quæ-
cunq; audierit, loquetur, & quæ futura sunt
annunciabit vobis. Ille me glorificabit,
quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.
Omnia, quæcunq; habet Pater, mea sunt. Pro-
pterea dixi, quod de meo accipiet, & annun-
ciabit vobis.

Hic verò nihil adhuc audio de
processione Spiritus
à λόγῳ.

Faxo igitur, ut audias. Nam quia secunda
vice repetit Saluator (De meo accipiet) Spir-
itus sanctus autem nihil in tempore accipit:
sequitur omnino sacrum illum Dei Spiritum
hanc sapientiam docēdi Apostolos & futura
annun-

annunciandi ab æterno accipere à Christo. Ab æterno autem nihil quicquam accipit, nisi es-
sentiali nouovita per processionem: sicut & No-
vus ab æterno nihil accipit, nisi essentiali com-
munione, per generationem. Quapropter si
Spiritus accipit à filio ab æterno: per diuinum
illū è filio processum accipiat oportet: quando-
quidē nullus aliis accipiendi modus conuenit
Spiritui sancto, nisi per processionem. Cur au-
tem Christus utatur verbis futuri temporis,
de eo supra est responsum. Atq; hoc est primum
argumentum ex ea concione Christi, Ioan. 16.
Et in ordine argumentorum decimum.

An'ne ergo plura inde extruuntur argu-
menta ad institutum con-
firmandum?

Quidni? Nam quia docet Christi concilio,
Spiritum diuinum suam sapientiam faculta-
temq; erudiendi Apostolos, & ventura pre-
dicandi, acceptam ferre Christo: perspicue hinc
demonstratur, eum quoq; personam seu ~~co-
sas~~ suam acceptam ferre Christo. Ratio con-
sequentiæ est, quia sapientia scientiæ sancti

M s Spiritus



Spiritus non est quidam accidentalis in illo habitus, sed cum ἡστὸν ipsius ita simplicissimum unum quid, ut plane sit impossibile, sapientiam istam accipere à Christo, quin simul suum esse ἡστὸν ab illo accipiat: Et vicissim si hypostasis à λόγῳ non habet, nec scientiam, quae est ipsa Spiritus sancti hypostasis, à λόγῳ obtinebit, quod prædictæ concioni Christi prorsus contrarium foret. Est igitur & hæc longè firmissima ποδεῖξις, & in serie reliquorum argumentorum undecimum.

Suppetit tibi duodecimum argumentum?

Id parit nobis ipsa illa concio apud Ioannem. Etenim manifesta sunt verba CHRISTI: OMNIA QVAE CVNQVE habet Pater, measunt. Vbi in notanda illa communione nil quicquam excipitur, quam hoc solum, quod Pater est Pater, Christus verò non Pater, sed filius. Hinc ergo ducitur irrefragabilis hæc demonstratio: Omnia quecumque habet Pater, sunt filii. Habet autem Pater naturā consubstantialem spiritum. Ergo eundem illum Spiritum naturā habet filius.

Sed



Sed num sub vniuersali (OMNIA) comprehenditur etiam Spiritus sanctus?

Maxime. Quia vniuersali particulae additum eiusmodi pondus, quod omnem exceptiōnem secludit, dum non simpliciter ibi dicitur.

Omnia, quae habet Pater, &c. sed, Omnia, In Graco. QVAE C V N Q V E habet Pater, mea sunt. πάτερ, οὐ οὐδεὶς πριν αὐτὸν εἶχε. Quid quod principaliter ibi planeq; ex professo oī τοῦ οὐχ οὐδεὶς πριν αὐτὸν εἶχε. & in specie de Spiritu sancto agitur? sic coherē. &c. te verborū Christi contextu: De meo accipiet, & annunciat vobis. Omnia, quæcunq; habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, quod de meo accipiet (Spiritus sanctus) & annunciat vobis. Quæ hanc infallibiliter nobis gignunt sententiam; quemadmodum alias Pater omnia sua cum filio extra temporis cogitationem habet communia, sic quoq; Spiritum Patris esse Christi Spiritum. Quæ indiuisa unius eiusdemq; Spiritus κοινωνία præstet, ut Spiritus ille non solum de eo, quod Patris est, sed etiam de eo, quod filii est, accipiat. Alias certè negata processione Spiritus sancti à λόγῳ, nequaquam omnia, quæcunq; habet Pater, haberet & filius naturā



natura (de gratuita enim donatione, qua in Deitate locum non habet, nihil hic agitur) Quandoquidem Pater spiraret & haberet proprium Spiritum, quem neq; spiraret neq; possideret naturâ filius: at q; sic nobilissimum id bonum, Spiritus, Dei Patris virtus & sapientia, deesset filio: contra hanc Salvatoris apertissimam assertionem: Omnia, que cung^r habet Pater, measunt.

Num supersunt plures probationes, quibus Spiritum sanctum à filio procedere confirmes?

Vna superest, quam nobis largitur dictum Apostoli Pauli, Coloss. 1. Vbi Christum dicit imaginem Dei inconspicui: Similiter epistola ad Hebreos, dicens: Qui est splendor gloriae & expressa imago substantiae illius. Si autem unigenitus λόγος Spiritum non produceret: certè in re longè maxima diuinissimaq; Patris imago vel character appellari posset minimè: quippe quod in ipso non reluceret illa diuina vis atque facultas spirandi consubstantialem Spiritum.

Exci-



Excipient autem fortè Græci, si haec consecutio sit firma, securum, ut in λόγῳ etiam facultas generandi res fulgeat: sicut autem λόγος nihilominus sit imago expressa Patris, vt cuncti non generet filium, ita posse illum manere Patris εἰνότα, si maximè non spiret æternum Spiritum?

Quod filio non inest vis gignendi filium alium, causa est illius summi boni, Dei Optimi Maximi, καὶ πρεια, quæ in uno Patre, uno filio & uno Spiritu sancto absolutur & acquiescit: nec patitur plures esse in Deitate Patres, quasi non sufficeret ad consummatā perfectiōnē paternitatis unus Pater: nec patitur plures filios, ut nec plura spiracula: sed in hisce singulis qualibet hypostatica proprietas unitate suam consequitur αὐτοτέλεια. In reliquis uniuersis, (hac sola proprietate hypostatica Patris excepta) est Christus χριστὸς seu expressimago Patris: proinde etiam in hac diuina facultate spirandi ὄμοδον καὶ συνάδον spiraculum.

Quid



Quid verò respondes Græcis tantoperè
vrgentibus illud Ioann. 16. Qui à Patre
procedit? Ex quo colligunt, Spiritum
sanctum è filio non pro-
cedere?

Processum è Patre nemo nostrum unquam negavit. Quia verò nō additur in Iohanne: qui à S O L O Patre procedit: difficile non est, huius sophisnatis futilitatem dignoscere: Alias enim ex eadem Dialecticaliceret ita colligere: Pater est maior omnibus, Ioan. 10. Ergo filius non est maior omnibus. Pater in me manens facit opera, Ioan. 14. Ergo Filius non facit opera. Pater est verus Deus, & quidem (ut exclusa expressè additur) solus. Ioan. 17. Ergo filius non est verus Deus. Si vero iusta, nempe esse maiorem omnibus, facere opera, & esse verū Deum, non propterea negantur Filio, quia Patri tribuuntur: utiq. nec Græcorū valebit sophisma, quo Spiritu sanctū ex filio non procedere hinc colligunt, quia dicatur ex patre procedere. Et ut istius cauilli vanitas evidentius pateat, dicimus hanc argumentationem (Spiritus sanctus procedit à Patre: Ergo non à filio) adeò esse nullam, ut potius inuerso arguento contrarium

trarium solide concludatur, hunc in modum:
Spiritus sanctus procedit ex Patre, Ergo pro-
cedit etiam ex filio. Ratio consequentiae est, quia
Pater & Filius unum sint &c., Ioan. 10. & est
ut ergo, origine personali (et si non temporali)
Spiritus sancto prior. Idcirco impossibile est, ut
ex Patris &c. procedat Spiritus, quin etiam
ex filii &c. procedat, ut paulo prius ostensum
est.

Sed hoc maximè videtur obstare Græ-
cis, quod nullibi expressè legitur totidem
syllabis: *Spiritus sanctus procedit à filio,*
sicuti quidem de Patre perspicuum
testimonium extat,
Ioan. 15.

Si hæc ratio militaret, tum nihil quicquam
in Theologia esset pro vero acceptandum, quod
non expressis literis atq; syllabis legeretur in
Scriptura. Sic periclitaretur illa opus & vox,
ab orthodoxis tantoperè olim contra Ari-
anos defensa: quandoquidem ea totidem literis
in scriptura non reperitur. Dispungeretur vox
Trinitatis, Personæ, &c. Euenteretur Pædoba-
tismus, quia usquam explicitè & secundum
literam

DE S. TRINITATE,
literam legitur in Biblorum volumine, quod
infantes sint baptizandi: tametsi res ipsa sit in
sacris literis fundata. Prætereas proceßio Spi-
ritus sancti à filio non prius credēda est, quam
tot syllabis nota reperiatur in verbo Dei, se-
quetur, quod antea scriptum Ioannis Euange-
lium, ne quidem proceßio Spiritus sancti à Pa-
tre fuerit profidei articulo habenda, quando-
quidē, antequā scribebat Ioannes suum Euan-
gelium, in toto codice Bibliorū aequè non pote-
rat monstrari ullum testimonium, quo diserte
diceretur: Spiritus sanctus procedit à Patre. Sic
perscriptionem Euangeli secundum Ioannem
auctus creditur articulorum Christianæ reli-
gionis numerus. Si vero etiā priusquam ullus
Euangelistarum Christi facta & dicta in lite-
ras referret, potuit proceßio Spiritus à Patre
firmiter credi & stabiliri ex ijs testimoñijs,
quibus dicitur Spiritus Iehouæ, Spiritus Dei,
spiraculum omnipotentis, Spiritus oris Ieho-
uæ, &c. quidni pari firmitate & evidentiā va-
lebit eiusdem Spiritus ab unigenito λόγῳ ἐκ-
πορευens firmissimè demonstrari ijs sacrarum
literarum testimoñijs, quibus dicitur Spiritus
Filij, Spiritus labiorum Messiae, Spiritus oris
Christi,

Q V A E S T . & R E S P O N S . 191

Christi, Spiritus Elohim seu Deorum, &c.
Quemadmodum indubitate Δ ποδεί ζ us seu
demonstraciones modo sunt ex fundamen-
to verbi D E I a structæ & propositæ.

Multa dixisti haec tenus de processione
Spiritus sancti è Patre & Filio. Hanc au-
tem asserendo annon Spiritum san-
ctum extra \wp σίαν Patris Filijque collo-
cas, quoniam processus ex aliquo
videtur quendam ex eo de-
notare recessum
sum?

Talis processio h̄ic nequaquam intelligitur,
qua quendam ex reliquarum Personarum
Deitate recessum denotet: sed notatur ineffa-
bilis illa progressio ex ore Patris & λόγῳ, qua
ab ipsis sic distincta intelligitur esse Per-
sona, ut interim essentialiter in Patre & Filiō
maneat. Quo modo etiam Filio per genera-
tionem quidam à diebus aeternitatis EGRES-
SUS tribuitur, Mich. s. ratione personalis
videlicet subsistentiæ, qua à suo genitore di-
stinctus est: ut illud egredi idem sit quod per-

N personaliter



sonaliter distinctum esse : ita tamen, ut
is hypostaticus egressus Filium intra & sic
atque sinum Patris aeternum permanere
finat.

An non derogat diuinæ maiestati Spi-
ritus sancti, quod nullam ipse de-
sepersonam producit
aliam?

Hoc adeò de ipsius gloria nihil diminuit,
ut potius aeterna maiestas eius isthinc inenar-
rabiliter illustretur.

Quomodo verò?

Nam ut hæc est Patris & Filij relata seu
hypostatica perfectio, ut ob Deitatis plenitu-
dinem, quæ tanquam bonum κοινωνίαν, vel
sui ipsius communicatum solitudinem non
admittit, Pater in generationem consubstan-
tialis Filij se proferat, & Pater ac Filius mu-
tuo suo essentiali amore spiraculum quo

producant: Ita cum producentium & pro-
ductorum non sit infinita in Deitate series,
sed Trinitatis αὐτοκρεία requirat, ut in ali-
qua Persona productio illa terminetur : ma-
nifestum

nifestum est, pertinere hoc ad illustrandam diuiniſſimam perfectionem adorandi Spiritus, quod in ipsiſ ſancta hypoftaſi ceu baſi tota acquiescit Trinitas, velut omnimodam ſuam auctoſteleay in ea iam consecuta. Nequaquam igitur imperfectus haberi potest is, qui in ſua ſubſtentiā perſonarum productionem illam finit & abſoluit, totamq; Trinitatem in conſummatæ perfectionis velut orbem atque circulum ſic reducit, ut in hoc ſuo Spiritu Pa-ter & Filius unice acquiescant. Quemadmo- dum etiam in hoc eminet ipsiſ infinita per-fection, quod à perfectiſſimis ſpirantibus ipſe perfectiſſimum productum eſt, eandem nu-mero & ſtiaꝝ, Deitatem, omnipotentiam, ſa-pientiam, bonitatem, &c. ſumma coiuiviaꝝ, que eſſentialis eſt, ðlikas obtinens ac poſ-ſidens: quod argumentis antè firmiſſi-mis edocuimus & cui- cimus.

F I N I S.

N 2 COR-



CORRIGENDA.

Pag. 34. lin. 13. precationem. 37. 6. consen-
sum. 42. 1. post voculam (parte) pōnatur
κῶλον. 47. II. constituere. 53. 3. hic. 55. 4. infini-
ta. 58. 20. qualitate. 59. 16. ἀκίνητος. 73. 12. un-
quam. 74. 8. τεισάγον. 79. 21. opere. 81. 19.
Schalom. 84. 4. flectet. 85. 19. voci. 90. 17. ratio-
ne. 93. 24. Arianorum dissoluendum diligen-
ter. &c. 101. 15. agit. 117. 10. Ieremie. 128. 15.
blasphemam. 130. 7. quos. 136. 20. temporis.
142. 4. Euangelistæ. 154. 7. de le non. 158. 3. dæ-
monia. ibid. lin. 20. quanto. p. 160. 6. eas.
166. 5. quo per incarnationē. &c. 172. II. hanc.
173. 5. plane. 175. 16. ad patrem, &c. 178. 9. vide-
licet. 179. 22. Spiritum filij, Galat. 4.

Τ Ε' Λ Ο Σ.

FRANCOFVRTI AD
Moenum excudebat Io-
hannes Spies.



M. D. LXXXIX.

FRAUNCOEVARII AD
Monum excepit 10.
Principis



M.D.LXXXIX.






49443

X2798276

He.632. 163





Articulus

DE TRINITATE,
PER QVAESTIONES ET
RESPONSIONES PERTRACTATVS
SOLIDE, ET INDVBITATIS TESTIMONIIS
sacrarum literarum contra quasuis hæreticorum ve-
terum & recentium blasphemias strophas &
corruptelas firmissimè com-
munitus.

A V T O R E
EGIDIO HVNANO, S. THEOLOGIE
Doctore & Professore in Academia
Marpurgensi.



Inches | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

